

FRANCISCI VERGARAE

(2)

GRÆCÆ GRAM-
MATICAE

LIBER IV.

QVI EST DE ORTHOGRAPHIA ET
PROSODIA.

Item scholia ab eodem autore conscripta.

Δεύτεραι φρονιίδες προώτεραι,



DVACI,

Ex officina Ioannis Bogardi
Typographi iurati.

M. D. XCI.

i 11826101

DE LITERIS ET EARVM

diuisione atque accidentibus.

CAPVT I.

Literæ sunt apud Græcos viginti quatuor hac serie, α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ξ, ο, π, ρ, σ, τ, υ, φ, χ, ψ, ω. Quarum septem sunt φωνήεντα, i. vocales, α, ε, η, ι, ο, υ, ω. reliquæ σύμφωνα, hoc est, consonantes. Ex vocalibus η & ω natura longæ, ε & ο natura breues, α, ι, υ, anticipites. Ex consonantibus nouem dicuntur ἀφωνα, id est mutæ, β, γ, δ, π, κ, τ, φ, χ, θ. octo reliquæ ἡμίφωνα, id est, semiuocales, videlicet λ, μ, ν, ρ, ζ, ξ, ψ, σ. Ex mutis tres vocantur ψιλά, id est, tenues, π, κ, τ. tres δασέα, id est, aspiratæ, φ, χ, θ. tres μέσα, i. mediæ, β, γ, δ. Quæ rursus tripliciter inter se comparantur. Primo enim α, φ, β, in eadem sunt cognatione. quippe quum aëre tantum inter se differant. quæ π esslat tenuem, φ crassum, β inter vtrumque medium. Deinde κ, γ, χ, alteram habent cognationem inter se. Pari enim forma solo aëre differunt, quem κ emittit tenuem, χ crassum, γ medium. Postremo in tertia cognatione sunt τ tenuis, cui similiter respondet θ crassa, & δ vtriusque mediæ. Formantur autem π, φ, β, in labijs: κ, χ, γ, in gutture: & τ, θ, δ, in oris cauitate. Ex semiuocalibus quatuor dicuntur ἀμετάβολα, id est, immutabiles, λ, μ, ν, ρ, quod in nominum & verborum inflexionibus inuariatæ fere maneant. tres διπλά, id est, duplices, quod binas includunt consonantes. Nam ζ valet σδ, ξ verò κσ, & ψ τσ. Vltima σ, ἀσημον dicitur, id est, immunis, quod officio careat. Dicuntur etiam ex vocali-

bus quedam mutabiles, alie immutabiles. qua de re alia dictum est.

Litere accidunt quinque. Figura, qua vnaqueque visu ab alijs distinguitur. Nomen, quo appellatur. Prolatio, qua cuiusque peculiaris vis auribus accipitur. Ordo, quo alie preponi, alie postponi consueverunt. Et cognatio, qua alia in aliam commutatur.

Figuræ	Nomina.	Prolationes.
A, α	ἄλφα, alpha.	a
B, β, β	βῆτα, vita.	b
Γ, γ, γ	γάμμα, gamma.	g
Δ, δ	δέλτα, delta.	d
E, ε	ε ψιλόν, e psilon.	e breue
Z, ζ, ζ	ζῆτα, zita.	z
H, η	ἦτα, ita.	e longum
Θ, θ, θ	θῆτα, thita.	th
I, ι	ἰῶτα, iota	i
K, κ	κάππα, cappa.	c
Λ, λ	λάμβδα, lambda.	l
M, μ	μῦ, my.	m
N, ν	νῦ, ny.	n
Ξ, ξ	ξῖ, xi.	x
O, ο	ο μικρόν, o micron.	o paruum.
Π, π, π	πῖ, pi.	p
Ρ, ρ, ρ	ῥῶ, rho.	r
Σ, σ, σ	σίγμα, sigma.	fs
T, τ, τ	ταῦ, taf.	t
Υ, υ	υ ψιλόν, ypilon.	y
Φ, φ	φῖ, phi.	ph
Χ, χ	χῖ, chi.	ch.
Ψ, ψ	ψῖ, psi.	ps
Ω, ω	ω μέγα, o mega.	o magnum.

SCHOL. Dicturi de Orthographia & Profodia, recte à literis auspicamur: quandoquidem literas illa dirigit, hæc syllabam ex literis constantem. Deinde τῶν γραμμάτων, id est, literarum denominatio, sicut & orthographia, ἀπὸ τῆς γραφῆς, id est, à scribendo est. vt sit γραμμα quasi scriptura. Vnde Grammatica ipsa dicta: cuius prima principia literæ sunt, idcirco στοιχεῖα quoque, id est elementa appellatæ. Post quarum diuisionem, de prolatione & alijs accidentibus fufius dicendum. Literarum igitur tam Græcarum quam Latinarum veteres verasque prolaciones, etiam olim magna ex parte penèque irreparabiliter amississe videmur, quicumque alijs linguis ab incunabilis assueti, Græcam Latinamue tanquam peregrinas adsciimus: opera precium tamen arbitror eas sigillatim indagare, inito prius cum studiosis pacto, vt si quas in usum longe diuersum abiisse deprehenderint, non in hoc ad amussim reuocare studeant, vt statim obseruandas obtrudant abnuenti populo barbaro. Fuerat quidem æquum atque optabile, veterum normam rationemque ipsam omnino præualere, sed nimirum cōsuetudo vicit. quæ quum omnium domina rerum, tum maxime verborū est, vt Sulpitius Apollinaris dicebat. Quando igitur vicissitudo rerum est, seruiendum tempori hæc in recenseo, loquendumque non tantum cum Fauorino verbis, sed & vocibus præsentibus. Enimvero quum vulgo nunc audiamus, eandem scripturam varijs vocibus apud varias nationes proferti: & à iunioribus & nostratibus intelligamur, nonnunquam cum multitudine prudentes errabimus, ne dum scioli videri volumus, nos ipsos alijs irridendos exhibeamus. Et vt exemplum Latinum ac familiare proponatur, hodie hanc scripturam Cicero plerique Hispani non multo diuersius enunciant, quàm Zizero: Galli contrà & Valentini perinde ac si esset Sifero: Itali vero sicut Hispanice profertur Chichero. Quæ discordia, quum passim inter eruditos deprehendatur, quonam Palæmone plausibiliter componetur? quisue Aristarchus hic ferendus erit, si is non contentus tot gentes erroris damnare, suamque censuram quantumuis rectam hoc edicto promulgare. c. videlicet sequentibus e vel i, vt in Cicero & eiusmodi, eadem profus oris figura proferendum, qua sequentibus a, o, u, in caeus, concussus, & similibus: ob eam adhuc rationem in publico sic enunciet, vt Hispani, Qui quero? quod nonnulli nunc Grammatici pertinaciter faciunt, quàm magno apud pueros suos

suos applausu nescio, non modico certe prudentiorum contemptu, vulgique aperto derisu. Denique tyronem primum moneo, vt receptissimas quasque prolationes, quatenus fieri possit, confectetur: deinde ne vbique sufficere putei, ad explicandum quarumuis literarum sonum, quod scripto præcipitur. Hic enim vt plurimum viue vocis actio necessaria est, cum qua Latine literæ, quas singulis Græcis, quasi eiusdem vocis opponimus, non omnes illis ad amussim respondent: tum quia nostra tempestate in varias easque barbaras voces genuinæ vti usque linguæ prolationes dissecæ sunt. A igitur omnino sonat vt a. B vulgo laxius quam b profertur, ita vt ad u consonantem declinet, vt βίος vios. Quo vitio perpetuo laborat in Hispania Burgensis dixeretis enuncians vestia, venne, pro bestia, bene Quin eadē adhuc vitium geminat, quum præpostere profertur, bita, binum, bacca, pro vita, vinum, vacca. A Etate Ciceronis β idem sonabat quod b, vt liquet ex quadam eius epistola ad Papyrium Patum. Nunc vitiose peruefferri, vel illud argumento est, quod quum muta sit, labi s comprimmi debuit, quemadmodum eius tenuis π, & aspirata φ. A tqui u è diuerso labijs vallo dentium diductis efflatur. Confirmat hoc βη ouium balatus, quas be sonare sentimus, non ve. Cratini locus citatur his verbis, ὁδὴ ἠλίθιος, αἰσπερ πρὸ βαίον, βῆ βῆ λέγον βαδίξει. Is autem (inquit) fatuus, quasi ouis, be be sonans ambulat. Neque vero reiicienda omnino sunt inarticulatarum vocum, quæ naturales animalium sunt, exempla. Γ sonat vt g, & quidem cum vocibus, a, o, u, sincere nunc proferuntur ambæ, vt γάμος gamos, λόγος logos. λέγου, logu at vero cum e, i, corrupte varietque. Nempe Hispani Latinum g in age, agis & eiusmodi, peculiari sono efferunt, sicut in vernaculis gesto, gil. Itali plerique perinde ac z, sic age aze, agis azis. Ad quem fere modum vbique nunc in γ peccatur: Græcis quidem ipsis quasi i consonans perperam enuntiantibus: alijs vero siue hoc eodem sono, siue alio, suæ cuiusque linguæ magis familiari. Mutat autem proprium sonum γ, sequentibus γ, κ, χ, ξ, tunc enim sonat v, vt ἄγγελος angelos, Ἄγχιστος Anchisis, Φάλαγγες phalanx, ἄγκων angon, non ancon. quia κ quoties sequitur, transit in sonum γ præcedentis. Δ omnino sonat vt d. Et sicute, vt ἄ de, ζ, est z, valetque εδ, in quas par fuit in proferendo vt resolveretur, sicut ξ bene resoluitur in κσ, & ψ in πο. Enunciandum itaque ex analogia fuerat φράζω, veluti φράσσω, & ζώνη, εδώνη, Dorico

more. Sed eam prononciationem tanquam difficilem ac re-
tortam vitantes, in sonum propinquum ac lenem apium su-
surro perisimilem mutamus. Z quoque Latinorum in horri-
dum bombum. Fabius iocundissimas esse testatur apud Græ-
cos ζ & υ, quibus (inquit) nullę apud eos dulcius spirant, Et
subdit, quas mutuari solemus, quoties illorū nominibus v ti-
mur. quod quum contingit, nescio quomodo hilarior protit-
tinus renidet oratio, vt in Zephyris, Zopyrisque, quę si no-
stris literis scribantur, surdum quiddā & barbarum efficient.
sed velut in locum earum succedent tristes & horridę, qui-
bus Græcia caret. Hęc Fabius. Ex quibus illud intelligimus, ζ
olim apud Romanos aliter prolaturū quā Z. Itē υ aliter quā
y. Nunc eodem sono enunciamus ι, υ, φ, ψ, οι, ες, η, γ. H perinde
nunc profertur ac si esset ι longum, cum sit e longum. Ex η per
virgulam transuersam intersecta duę propemodum ι ι fiunt,
sic, τ ι, quas geminas continere dicitur η tā figura quā etiam
tempore, nimirum semper longa duas semper breues. atque
ita transfertur à Latinis per e longum, vt Δημοσθένης Demo-
sthēnes, κεραιήε crater. E quoq; Hebræum Græce redditur per
η, sicut Latine per e Η'λίης, Γ'ηός, Η'σαύ. Helius, Iesus, Esau.
Ad huius confirmationem facit, quod de βη ouium balatu
modo adduximus. Θ valet t, addito aere siue flatu, ita vt re-
ferat anseris strepitum, vt θείος theos, cū aspiratione. ad quem
modum efferri oportuit th à Latinis, non exiliter quasi t so-
lum; vt nunc vulgus profert. I est i, sed nunquam fit conso-
nans. Γ'ηός ergo ita voce distinguendum est, vt appareat esse
trium syllabarum, & Γ'εγυσαλήμ, vt quinque. Κ valet c, in
qua itidem peccatur nunc, vt in γ. Nam cum vocibus α, ο, υ,
recte vulgo profertur. vt κακός κακū. cacos cacu. sed cum ι, ι,
præue ac diuerse, vt in κικέρον & similibus, quę hoc tempore
à Græcis sono quodam medio inter has Hispanicas prolatio-
nes, chi, qui, che, que, enunciantur. Hispani sono peculiari
per ch efferimus. Simile quiddam contingit in c Latino. A
sonat l. M vero m. Et υ, n. vt λιμένα limēna. Sed λ & υ se-
quente voce ι, ex consuetudine mutāt sonos proprios in alios
pressiores, quales reddunt ll & nn Hispanice prolata. E va-
let π, vt αξίος axios. Cauendum autem, ne & hanc corrumpa-
mus sicut x vulgus, quum dixi enunciat Punice. O idem
pollet quod o breue. vt πίνθη. Π sonat p, sed præcedente β
vulgus profertur quasi b, vt ἀμβέλος ambelos. præcedente
quoque ι in alia dictione, eodem modo. vt τήν πρῆξιν tin
braxin.

braxin. quanquam utriusque grammaticæ ratione carere videtur. P fortius sonat in principio, quam in medio aut in fine, ut *ῥάμην* Rhomi, *ἄργε* Arar, quod ipsum in r quoque Latino sentitur. Σ à quibusdam premitur quasi geminum sicut sic *μῦσα* musa. T æquipollet literæ t, nisi quod precedente & quasi d'efferi solet, ut in *πάντα* panda. Y sonat y, Φ vero est x cum aere, hoc est, ph. profertur autem sicut f, ut *Φύσις* physis. X est x cum spiritu. nunc cum α, ο, υ, legitimum sonum habere videtur, ut in *χάρτι, χορδή, λόχῳ*, charti, chordi, lochu. Profertur enim aere e gutture erumpente, sicut caph Hebræum. Sed cum ε & ι diuerso modo, sicuti de γ & κ eius cognatis dictum est. Græci huius tempestatis iuxta eam exilitatis proportionem quam in x semel vsurparūt, aspiratam eius χ efflant. Hispani vero ea voce proferimus, qua illas à Punicis acceptas xe xi, ut in *χελιδών, χοῖρε*, xelidon, xiros. Ψ omnino profertur ut πσ, ex quibus constat, Ω geminum ο ο continet, non figura tantum, sed quantitate quoque, sicuti de η dictum est. proinde ο longum valet, ut *ὥρα* hora.

DE ORDINE, COGNATIONE, & geminatione literarum, deque duodecim diphthongis. Cap. II.

ORdo in vocalibus deprehenditur in diphthongis. unde de α, ε, η, ο, ω, dicuntur *προτακτικὰ*, id est, prepositiue, ι, & υ, *ὕποτακτικὰ*, id est, postpositiue. Diphthongi sunt duodecim, sex propriæ dictæ, videlicet αι, sonans e, ut αἴγῃς egis. αυ, quæ sonat ut aue, si tollas e vltimum, ut αἶδος auos. ει, quæ nunc profertur sicut ι, *δαρῆος* darios. ευ, sonans velut eu a raptō a vltimo, ut *ἔσενα* esena. οι, quæ nunc enunciatur sicut υ, ut *ἰκος* icos. sed ad Latinos transit modo in æ, æcos. modo dissoluitur, *Τροία*, & valet u, nunquam tamen sit consonans. Itaque *ὄναλερος*

ὄσαλεριος quinque syllabarum est apud Græcos.

Reliquæ sex improprie dicuntur. videlicet α, η, ε, ο, υ, ω. quarum prolationes sic habet. α iota parvulo subscripto valet a, ut τῶ ἀπεια, ανια. η, iota itidem subscripto profertur, ut η, siue ut i longum τιμη, timi. ε eodem iota subscripto, sonat solum o longum, λογη logo. Reperitur etiam in his tribus paruum illud i ascriptum antiquorum more, sic, α, οι, ωι. Quarta quæ nunc profertur, ut solum γ, quum valeat yi. ut ἀργα, harpyia. υ sonat ut iui dempto i finali, ἀνωσα, apiura trisyllabum, ita ut u sit consonans. ω Ionum propria sonat ut oua dempto a, ωτος outos dissyllabum, ita ut u fiat consonans.

In consonantibus quoque est certus ordo. Nam in fine dictionum neque ex mutis collocatur alia vlla, præter x, neque ex semiuocalibus λ, μ, ζ. Ad hæc eadem consonans geminata nunquam incipit, neque finit dictionem. Porro tres consonantes, quarum duæ idem valeant, nunquam in dictione simplici coniunguntur. In compositis vero quandoque fallit regula, fallit etiam eam præcedit muta sequente liquida, ut in ουργωμ. Est præterea certa lex inter consonantes, quæ præscribit quomodo inter se & cum vocalibus copulandæ sint ad syllabæ comprehensionem. Ex qua regulæ huiusmodi eliciuntur.

Omnis consonans inter duas vocales ad sequentem pertinet, ut αγω, διχίζω: quod de simplicibus est accipiendum. Nam in ἐξζγω, ζ ad e pertinebit potius quàm ad u sequens. atque itidem in eiusmodi compositis. Ad hæc ablata per apostrophum vocali, sequens vocalis pertinet ad præcedentem consonantem, ut κατ' ἐμὸν.

Consonantes quæ in dictionum initio in comprehensione reperiuntur, pari forma in comprehensione erunt in medio, ut τριγω, τάλω. Nam τρ & τω, quia in princi-

pio dictionum inuenta, pertinent ad sequentem vocalem: ideo in medio, ut puta in ἑρπαιων & ὄπλον, ad sequentem vocalem similiter pertinent, tam in scribendo quàm in proferendo. Quòd si loca inuicem commutent, erunt in dirēptione, ut ἀπτος, ἐλπίς, in quibus ς & λ ad precedentes vocales pertinent, τ & π ad sequentes. Præterea consonantes quæ in principio non inueniuntur in cōprehensione, quum inciderint cōnexæ in medio, in dirēptione erunt. Itaque ἐσθλὸν & ἔσθδον dirimuntur, quia nusquam reperitur dictio incipiens à Δλ, neque à γδ. Vnde consequitur consonantes quæ geminantur, veluti δδ, λλ, κκ, & alias semper dirimi, quòd scilicet nunquam sint incæptiue.

Cognitione quædam ex vocalibus in aliis mutatur, vnde mutabiles dictæ α, ε, ο, quòd quādo sunt incæptiue thematum in verbis, mutantur in præteritis. α quidem & ε in η, ο vero in ω. & similiter in penultimis futurorum in verbis circumflexis.

Item ε penultimæ futuri interdum mutatur in ο in medijs præteritis, ut λέγω, λέξω, λέλοχα. Quin & ab alia dictione in aliam diuersam deriuatur ea cognatio, ut à λῆγω λόγος, à φέρω φορὰ. Consonantes quoque quædam inter se cognitionem habent. Nam aliæ pro alijs ponuntur: veluti aspiratæ pro tenuibus, ut καὶ ἡμῶν, pro κατὰ ἡμῶν, vbi θ est loco τ. Item ἐφ' ἑαυτῶ, pro ὑπὸ ἑαυτῶ, vbi φ est pro π.

Item ἀρχὸς pro οὐχ ὄπως, vbi χ est pro κ. & pro medijs, λέγω, λέλεχα. Itidem mediæ & tenues pro se inuicem & pro aspiratis. vnde ἀντίστοιχα, id est, succedaneæ dicuntur, quorum exempla patuerunt in formationibus verborum.

Illud quoque ad ordinem siue cognitionem pertinet, quod quædam consonantes gaudet geminari, è diuerso aliæ simul

simul esse reformidant. Geminantur mediæ, tenues, immutabiles, & σ: aspirata nunquam, neque duplices. ut κάββαλεν, ἄγγος, ἰδδδσε, ἴππος, κόκκος, ἄττικός, ἄλλος, ἄμμος, πίννα, πῶρρω, δάλασσα. Quod interdum compositione accidit. quum enim dictio finita in ν componitur cum incipiente à γ, λ, μ, ρ, σ, fere ν mutatur in sequentem consonantem, ut συγγράφω, συλλαβή, σύμμαχος, σύρρος, σύσσιτος. aliàs sequente ν manet geminata, ἔννοια, σύννεος. Interdū deductione, sicuti in fæmininis in εσσα, à masculinis in εις. ut ἡ χαρίεσσα à χαρίς χαρίεντες. Et in gentilibus, ut ἡ λιβυσσα, κίλισσα, θράσσα. & in verbis in uo deductis à finitis in uo. ut à τίνω τινύω & τίνυμι. Porro λ adhuc geminatur in verbis quintæ coniugationis non habentibus penultimam longam. ut φάλλω, δάλλω, ποικίλλω, ἀνατέλλω. præterquam in δέλω, τέλω. μ quoque geminatur in præteritis passiuis primæ coniugationis, ut τέτομαι, τέτομαι. Ad hæc ρ geminatum reperitur traditione siue origine, ut τωρρός. & ubi componitur cum dictione finita in vocalem, ut ῥῆμα ἐπιρῥημα, ῥῆσις ἀνάρρησις, ῥωσος ἀρῥωσος. excepta εὔ, ut εὔρωσος. Et quum illi præponitur ε augmentum. ut ἐπιπῶω ἐρῥιπτων. σ etiam geminatur, ubicunque Attici substituunt τ. ut γλωσσα γλωττα, ὀρύσσω ὀρύττω, πῆσσω πῆττω. Horum tamen quedam in vetustis codicibus per τγ leguntur, ὀρύττω, πῆττω. Postremo aduertendum geminata interdum dissolui derivatione. ut ab ἔννεα ἔνατες, à τέτταρα τέταρτος, à θαλλω θαλερός.

SCOL. Sex diphthongos proprie dictas quidam adhuc appellāt εὐφώνους, id est, bene sonantes: item tres ex improprie dictis, videlicet αηη, ἀφώνους, id est, mutas, quod illarum nihil sonet. reliquas tres η, ηυ, ου, κακοφώνους, hoc est male sonantes. Vnde perspicuum fit, etiam ex diphthongis nonnullas aliter nunc proferri quàm olim. Nam si, αυ, ευ, bene sonant, immerito dicitur male sonare ηυ, quum eodem modo

do v nunc sonet in hac, quo in illis. Item si y quæ nunc eo sono profertur quo & male sonat, & et bene: nunc ergo altera profertur alia voce quam olim. Hic dices neutram modo recte profertur. Idipsum equidem vt in his atque etiam in plerisque aliis tibi assentiar, non simplex ratio est quæ suadet. Verum omnia hæc ad pristinam normam exigere, otiosum plerisque atque odiosum fortasse iudicabitur. De consonantium ordine multa traduntur regulæ, è quibus hic aliquot subiciam. Aspiratæ dux ϕ & χ preponuntur tertiæ θ in initiis & medio. vt $\phi\theta\epsilon\rho\acute{\alpha}$, $\iota\phi\theta\epsilon\nu$, $\chi\theta\epsilon\acute{\iota}\varsigma$, $\epsilon\chi\theta\epsilon\rho\acute{\varsigma}$. non tamen & diuerso. nam θ illis non præponitur. Pari modo tenues locantur inter se, π videlicet & κ ante τ , $\pi\acute{\omega}\sigma\iota\varsigma$ $\acute{\alpha}\pi\tau\omega$, $\kappa\lambda\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ $\acute{\alpha}\pi\tau\iota\varsigma$. & non e conuerso. Itidem mediæ β & γ ante δ , $\beta\delta\iota\lambda\alpha$, $\epsilon\gamma\delta\omicron\omicron\omicron$. nisi quod $\gamma\delta$ nunquam reperitur in principio dictionum, ideoque semper dirimitur $\epsilon\gamma\delta\omicron\omicron\omicron$. Præterea aspiratæ neque suis tenuibus, neque mediis præcedunt. postponuntur autem solis tenuibus, idque in diremptione tantum. $\acute{\alpha}\tau\theta\iota\varsigma$, $\sigma\alpha\pi\phi\acute{\alpha}$, $\iota\acute{\alpha}\kappa\chi$. nisi quod χ etiam subijcitur suæ mediæ γ , sed tunc γ sono proprio amisso profertur sicut ν , vt in $\acute{\alpha}\gamma\chi\omega$ $\lambda\acute{\omicron}\gamma\chi\eta$. Ex immutabilibus μ ponitur ante ν in initiis, $\mu\epsilon\acute{\nu}\iota\alpha$: & in mediis $\acute{\alpha}\mu\epsilon\acute{\nu}\iota\varsigma$, nusquam autem illam sequitur. ponitur quoque post θ & χ in medio tantum, $\acute{\alpha}\epsilon\theta\mu\acute{\omicron}\varsigma$, $\acute{\alpha}\nu\chi\mu\acute{\omicron}\varsigma$. Itidem ν post ϕ & τ . $\acute{\alpha}\phi\nu\epsilon\acute{\iota}\delta\varsigma$, $\epsilon\tau\nu\omicron\varsigma$. At λ , ν , ϵ , locantur post χ , & post θ , in principio & medio, vt $\chi\lambda\nu\epsilon\acute{\iota}\zeta\omega$ $\epsilon\chi\lambda\nu\epsilon\acute{\iota}\zeta\epsilon\nu$, $\chi\theta\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ $\acute{\alpha}\epsilon\theta\acute{\alpha}\chi\eta$, $\chi\theta\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ $\acute{\alpha}\chi\theta\epsilon\tau\omicron\varsigma$, $\epsilon\lambda\acute{\alpha}\omega$ $\epsilon\theta\lambda\alpha\omicron\nu$, $\theta\eta\theta\iota\kappa\omega$ $\epsilon\theta\gamma$, $\theta\epsilon\acute{\alpha}\omicron\varsigma$ $\epsilon\omega\theta\epsilon\iota$. Itidem post ϕ . $\phi\lambda\omicron\iota\delta\iota\varsigma$ $\omicron\phi\lambda\eta\mu\alpha$, $\phi\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\epsilon$ $\acute{\alpha}\phi\epsilon\omega\nu$. nisi quod ν cum hac tantum in medio reperitur, $\acute{\alpha}\phi\nu\epsilon\acute{\iota}$. In mutabilibus etiam locus est post tenues ac medias, & in principio, & quod plerumque accidit, in medio hoc modo λ , post κ , $\kappa\lambda\acute{\alpha}\omega$ $\epsilon\kappa\lambda\epsilon\iota\omicron\nu$. post π , $\pi\lambda\acute{\epsilon}\kappa\omega$ $\epsilon\pi\lambda\epsilon\kappa\omicron\nu$. post τ , $\tau\lambda\eta\mu\epsilon\acute{\iota}$ $\acute{\alpha}\tau\lambda\alpha\iota\varsigma$. Item post γ , $\gamma\lambda\acute{\eta}\eta$ $\acute{\alpha}\gamma\lambda\alpha\acute{\omicron}\varsigma$. post β , $\beta\lambda\acute{\alpha}\pi\tau\omega$ $\epsilon\beta\lambda\alpha\pi\tau\omicron\nu$. post δ non reperitur. At μ post κ & γ , in medio tantum, $\acute{\alpha}\kappa\mu\eta$. $\omicron\gamma\mu\epsilon$. post π nusquam ponitur, neque post β : bene post τ & δ , $\tau\mu\eta\mu\epsilon\acute{\iota}$ $\acute{\alpha}\tau\mu\epsilon\acute{\iota}\varsigma$, $\delta\mu\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ $\acute{\alpha}\delta\mu\epsilon\tau$. Et ν post κ , $\kappa\mu\epsilon\acute{\iota}\delta\iota\varsigma$, $\tau\acute{\iota}\kappa\mu\omicron\varsigma$. post π , $\pi\mu\epsilon\acute{\iota}\epsilon\pi\tau\epsilon\omicron\nu$. post τ in medio tantum, $\epsilon\tau\nu$. Item post γ , $\gamma\mu\epsilon\acute{\iota}\zeta\omega$ $\epsilon\gamma\mu\epsilon\acute{\iota}\zeta\omicron\nu$. post β nusquam. post δ $\delta\mu\epsilon\phi\theta\epsilon\acute{\�}$, $\acute{\alpha}\epsilon\theta\acute{\alpha}\delta\eta$. Et ϵ post eas omnes in viroque loco, $\kappa\epsilon\acute{\�}$ $\kappa\epsilon\kappa\omicron\sigma\mu\alpha\iota$, $\pi\epsilon\acute{\�}$ $\acute{\alpha}\pi\epsilon\kappa\alpha\kappa\tau\omicron\varsigma$, $\tau\epsilon\acute{\�}$ $\acute{\alpha}\tau\epsilon\tau\chi\omicron\nu$, $\nu\epsilon\acute{\�}$ $\acute{\alpha}\gamma\gamma\upsilon\pi\tau\omicron\varsigma$, $\beta\epsilon\acute{\�}$ $\acute{\alpha}\beta\epsilon\tau\epsilon\mu\omicron\varsigma$, $\delta\epsilon\acute{\�}$ $\phi\alpha\iota\delta\theta\epsilon\acute{\�}$. Duplex consonans nunquam alteri consonanti præponitur, sed neque postponitur nisi raro cuiuspiam immutabili: idque in medio

medio tantum siue in fine. Itaque ξ locatur post λ, ὄλξ, & post γ, quæ tamen voce est γ. Nam ante γ, κ, χ, ξ, nunquam incidit γ, sed γ, vt ἐγγράφα, ἀγκών, ἀγχίσις. Φάληγξ, & post ε, ἀρξασξ, ψ tantum post μ & ρ. ἐμφυχος, τέρψαι. ζ vero tantum post ν & ρ, ratio tamen, μετλήζωφος, ἀριοβαρζώνης. Ζ preponitur omnibus aspiratis, σφάλλομαι ἀσφαλής, σχήμα ἐσχημος, σθένος ἀσθίναια. Item tenuibus, σπίνδα ἀσπίδος, σκηνὴ πτεροσκητὴ, εἶδω ἐσθλον. & mediis, σβενύω ἀσβεστος, sed ante γ tantum habet locum in medio, Φάσγαγον, ante δ vero nunquam, nisi Dorice, σθαῖ pro ζαῖ, φράσδω pro φράζω. Locatur autem post λ, ν, in medio & in fine, ἄλς, τέρυς, ἄλος, πύφασσι. Itidem post ε, πυρρός. post μ nunquam, cui tamen sæpe preponitur, σμῆνος ἀσμετος. reliquis immutabilibus non ita, nisi forte aliquando in compositione. ἐσθρία, προσλαμβάινω, προσνίμω. Præterea ν in compositione conuertitur in μ sequente β, μ, π, φ, ψ, vt σύμβουλος, σύμμαχος, συμπότης σύμφανος, ἐμφυχος. sequentibus vero γ, κ, χ. in γ. vt ἐγγράφα, συγκλείω, ἐγκειρᾶ. sequentibus aliis, nunc cum ipsis geminatur, vt συγγράω, nunc omnino exterritur, vt puta sequente ε, συσείδω, σύστημα. non tamen semper, ἐνσάωσις, sicuti nec semper conuertitur in σ, sequente altero σ, ἐνσάωσις πανούληνος. Habent porro dialecti & poetæ suas quasdam rationes consonantes atque etiam vocales geminandi, de quibus suis in locis dicitur.

DE GENERALI ORTHOGRAPHIÆ RATIONE, & de Euphonia. Cap. III.

Orthographiæ ratio in syllabis quibusdam traditione constat, vt in penultima huius dictionis ἀνείας. In alijs analogia. Nam vt δίκαιος habet ω, ita quoque δικάω & δίκαιον. In alijs etymologia, vt in ἀνείας, quod habet α, ab ἀνέω ἀνῶ. Rursus scriptura variatur analogia, etymologia, traditione, schemate, id est, figura & dialecto. Analogia quidem, ex certis communibusque præceptis inflexionum aut formationum, vt in τυπῶ, τύψω, τίτυφα. κόπῶ, κόψω, κέκοφα. ἀήρ, αἶψος, ἀΐγρ, ἀνίρος.

Etymologia



Etymologia vero tripliciter, aut ex significatione. ut λιμός fames, λοιμός pestis. Aut ex compositione, ut in compositis ab ὄνομα, quæ mutare solent o prius in ω, & posterius in υ. ut ἀντιωνομία, ἱερώνυμος. Aut ex derivatione. ut in deductis à verbo dissyllabo habent e in priori, quæ mutant ipsum in o. ut à λέγω λόγος, à φέρω φορὰ, à νίμω νομή. Traditione, id est, vsu & auctoritate, ad quam confugitur quum regula deest. ut puta quod φῆς habeat i subscriptum, quum rationi & regulis omnino repugnet: auctoritate tantum defenditur. Schemate, ut puta ubi euphoniae causa, aut mutantur literæ, ut ἐξ αὐτοῦ, sequente vocali: ἐκ τῶλεως, sequente consonante. Aut detrahuntur, ut οὐτω γδρ, pro οὐτως, quia sequitur consonans. Aut adduntur, ut quum dativis pluralibus nominum, & tertijs personis verborum in i vel e desinentibus sequente vocali adyicitur υ, quod ἰφελκτικόν vocant. ut σώμασι ῖ, & σώμασιιν αὐτῶν. λαμβάνουσι ῖ, & λαμβάνουσιιν αὐτοῦς. τίθησι δέ, & τίθησιιν ἐκέῖ. ἔτυπτε δέ, & ἔτυπτεν αὐτόν. Aut conglutinantur, ut patuit in contractionibus libro 2. De dialecto dicitur libro quinto, ubi etiam de hisce figuris fusius.

SCHOL. Orthographia neutiquam contemnenda est: maxime ubi tanta diphthongorū & vocalium pene idem sonātium turba obstrepat, vel quod sapissime vnus literule aut toni immutatione significatio variatur, ut ῥόδι, & Rhodius, ῥόδιος, & rosaceus. θεῖα dea, θεῖα spectaculum. Cuiusmodi multa à Cyrillo collecta in lexicis seorsum excusa circumferuntur. Est autem scribendi ratio partim fixa, partim mobilis. Et fixa quidem ex autorum lectione certius colligitur quàm ex vllis præceptis. tametsi dictionum scriptiones, ut in lexicis seriatim habentur, memoriam plurimum adiuuare possunt. Conferet quoque non mediocriter peculiare canones in promptu habere, quales Theodorus Gaza in tertium librum τῶν εἰς τίωσιν ordine cōgessit. Mobilis vero latissime patet. Nam ut cæcicia omittantur, ratio componendi, in qua & literæ & toni immu-

nisi immutantur, varia est. Nempe ex duobus integris, *χειρὶ-σοφο* ex duobus corruptis, *σοφοκλῆς*, ex integro & corrup-
 to, *πρωκλῆς*, & vice versa, *μισάνθρωπος*. Sunt autem de his regu-
 larum speciales variae. Vt puta quod prima persona praesentis
 aut futuri compositionem ingrediens, nunc mutat *ω* in *ο*, *λέ-
 ων λειπόντως, μίξω μίξοβάρος*, aliàs in *ι*, vt *ἄρχω ἀρχιτέ-
 κτων, λύσω λυσίμαχος*: interdum abijcitur, vt *τέρπω τέρπανδρος,
 ῥήσω ῥήσασπις*. Item quod nomina finita in *ος* quando com-
 ponuntur cum dictione incipiente à consonante, vt plurimum
 amittunt *σ*, vt *θεόφιλος, Δημοσθένης, Φιλόσοφος*, quandoque
 ipsum retinet, vt *λαοσάδης, θεόδοτος*, quandoque mutant in *ι*,
ὄδοι πόρος: quandoque *ος* in *η*, *ἐλαφηβόλη*, & in *ε*, *Μενέλαος*:
 & in *ι*, *ὄριβάσις*: & in *ει*, *ἀργεσφάντης*: & in *αι*, *κλυταίμητρα*.
 Porro deriuatio multo magis varia est, de qua regulas pene
 innumeras reperies apud Grammaticos. Quidam totam or-
 thographiam rationem quadrifariam diuidunt: in analogiam,
 quae sit regularum explicatio: etymologiam, quae sit dictio-
 num origo & significatio. *ισορίαν* siue *παράδοσιν*, id est, nar-
 rationem vel traditionem, quae sit autoritas & vsus citra cō-
 tráue regulam: & in dialecton, id est, linguae proprietatem,
 quae tribus iam dictis repugnare solet. Caeterum quo pacto
 literae adduntur, detrahuntur, transponuntur, dissoluuntur,
 contrahuntur, deinde quae in quas, vt plurimum propter cog-
 nationem commutantur, analogia, inflexione compositione,
 deriuatione, ex hoc & caeteris huius operis libris magna ex
 parte cognoscetur. Nunc autem ne hanc partem summis di-
 gitis transilire videamur, exemplum analogiae mutaeque in-
 ter literas affinitatis proponemus. *β, π, φ*, cognationem quam
 inter se habent, ad *ψ* extendunt. Nempe haec illis tribus suc-
 cedit in verbis, vt in *τρέιβω τρέιψω, τρέπω τρέιψω, γράφω γράψω*.
 Illaeque huic inuicem in nominibus, vt in *ἄραψ ἄραβος, κύ-
 κλαψ κύκλωπος, κίνυψ κίνυφος*. Ad eundem modum *γ, κ,*
χ, & κτ, in mutuam cognationem, ita conciliant alteram du-
 plicem *ξ*, vt illam sibi succedere patiantur in verbis. vt *λίγω
 λίζω, πλέπω πλίζω, βρίζω βρίζω, τίκτω τέξω*: sicut ipse illi suc-
 cedunt in nominibus, vt in *ἄρπυξ ἄρπυγος, θάραξ θάρακος,
 ὄνυξ ὄνυχος, νύξ νυκτός*. Denique *δ, τ, θ*, suam & ipse cogna-
 tionem mutuo communicant litera *σ*, vt sibi in verbis illa suc-
 cedat, veluti in *ἄδω ἄσω, ἀνύτω, ἀνύσω, πλήθω, πλήσω*: quemad-
 modum ipsae illi succedunt in nominibus. vt in *πάρης παράδος,
 λάγης λάγηςτος, ὄρνις ὄρνιθος*. Sed haec satis.

DE SYNALOEPHA ET EIUS
modis, deque subscribendo. Cap. III.

Modi Synalœphæ (quibus neglectis autorum scripta sæpe depravantur) sunt septem. Per elisionem, quam ἐκλιψιν vocant, ut μοῦσι ἀχαμοῖς, ἀλγεῖ ἐβλαεν. Per syneresin ἰσθναί pro ἰσθναί. Per crasin, τὰμὰ pro τὰ ἐμὰ. Item per elisionem & syneresin simul, ἐμοῦ ποδύ-ναι pro ἐμοῦ ποδύναι. Per elisionem & crasin, καὶ γὰ pro καὶ γὰ. Per elisionem, crasin & syneresin, ἐστὰ διοταία pro ἐστὰ διοταία. Per crasin & syneresin, ὠπόλος pro ὀ ἀπόλος. In ecthlypsi auersionis signum adhibetur: & ut plurimum in synalœpha, quum binæ dictiones conglutinantur. Expungitur autem ἰ in totum per synalœpham, quum præcedit in diphthongo. ut ἐστὸ μῶ, pro ἐστὸ μῶ. Et cum in binis diphthongis est, tunc enim ex altera eliditur, & ex altera subscribitur: ut in ὠπόλοι pro οἱ ἀπόλοι. Subscribitur vero ut plurimum quoties sequitur in diphthongo. ut in ὠπόλοι, ἐγὼ μαι ἐγὼ δα, pro ὀ ἀπόλοι, ἐγὼ διμαι, ἐγὼ οἶδα. Ad hæc in dictionibus simplicibus multifariam reperitur subscriptum ἰ, videlicet in datiuis singularibus paribus finitis in α, η, ω. τῷ ἀνεία, τῇ βῆμῃ, ἔ λόγω, τῷ μενέλω. Item in datiuis dualibus Atticis, τῶν μενέλων, ὄρων. Et in nominatiuis & datiuis pluralibus paribus, itidem Atticis, οἱ μενέλω, τοῖς μενέλωσ. nisi quod in neutrorum rectis non subscribitur, τὰ ἐδύω. Item in datiuis Ionicis in ησι, τῶσ μοῦσῃσι. & in secundis ac tertijs personis singularibus subiuunctiuorum finitis in η, α, ω. ἐὰν τύπῃς, τύπῃ, ἑοῶς, ἑοῶ, διδῶς, διδῶ. Et in secundis personis singularibus presentium & futurorum indicatiui vocis passiuæ. τύπῃ, ἑοῶ, τίθῃ, τυφῶσῃ, &c. Et in secundis & tertijs personis præsen-

presentium indicatiui actiui verborum circumflexorum
 secundæ coniugationis. vt βοῶς βοῶ, ζῆς ζῆ. Et quum in
 verbis circumflexis fit contractio in ω ex diphthongo οι,
 βοῶμαι βοῶμι. Et in præteritis optatiui passiui. vt πε-
 ποιήμην, βεβηήμην, κεχρυσώμην. Item in præteritis
 quæcumque augentur ex αι, οι, vt αἶρω ἤρον, διχομαι ὀ-
 χόμην. Multa etiam vocabula perpetuò habent ι, qualia
 sunt aduerbia in η. vt πᾶν, πάντη. & in α datiuus similia.
 vt δημοσία, ἰδία. Itē nomina & pronomina quedam. vt
 αἶψα, ἄσμα, ῥάδιος, ῥάων, ῥάτος, ῥάδυμος, ῥάβδος, τῆρας,
 δᾶς, βῆξ, λησῆς, ἦτορ, ἦρι, ἀνδῶν, ἦων, γῆδιον, νῶν, σφῶν,
 σῶος, παῖδος, ὠδῆ, κωμῶδια, τραγῶδια, & similia. Et
 verba quedā. ἄδω, χρίζω, κλίζω, φῆς ἄ φημι, ἔχθα ἄ κάω,
 τῆφηνά ἄ φαίνω, κέχθη ἄ χάνω, δεδιήτημα ἄ διαιτάω.

Item κάθη, δύνη, pro κάθισαι, δύνασαι. Et quedam
 tempora à thematis in ει. vt ἦδῃ nouer.at. ἦα ἦεν ieram.
 ab εἶμι; cum compositis ἀπέειν, παρήην, &c.

SCHOL. Ad orthographiam pertinet cognoscere quæ
 literæ in quas coalescant; & quæ elidi, quæ subscribi, & qui-
 bus modis debeant. Aversio quoque, de qua mox diceret, ubi
 superscribenda; & ubi omittenda sit. Ideo commode nunc
 de hisce agitur, atque imprimis de synalæpha: quæ à Trypho-
 ne definitur, duatum syllabarum in vocalem vniò reiecto
 tono. ἐκλειψις quoque eius species huc pertinet, id est, elisio,
 quum videlicet in binis dictionibus vocalis cum contractio-
 ne simul eliditur: vt ἐν τῶδιστις, pro ἐν τῆ αἰθιστις. Quando
 autem elisio sola improprie recensetur inter modos synalæ-
 phæ. vt in μένῃ ἄχαιοῖς. Ex omnibus literis solum subscri-
 bitur, idque tantum illis tribus vocalibus, alicubi ex generali
 quadam regula, vt τῶ λόγῳ alicubi iuxta analogiam aut ety-
 mologiam, vt ῥάων ῥάος & ῥάδιος, alibi figura, vt ἠρῶναι Ho-
 rum dispersam habet tyliam magnū Etymologicum Con-
 stantinus quoque Lascaris ex professo in vnum multa coegit,
 non tamen omnia. Quedam enim ex ijs quæ dialecto con-
 stant, sciens videtur omisisse,

FR. VERGARÆ
DE PROSODIARVM APICI-
bus, deq̄ue punctis, & alijs vir-
gulis. Cap. v.

Notulae, quibus in scribendo Graeci vtuntur, aut apices sunt, aut puncta. Apices ab illis *περοσώδικα* vocantur, id est, accentus, qui decem sunt, quadrifariam diuisi, εἰς τόνοισ, πνεύματα, χρόνοισ, & πάθη, id est, in tonos, spiritus, tempora, & passiones.

Toni, id est apices, eleuationem ac depressionem syllabarum indicantes, sunt tres, acutus, grauis & circumflexus. Acutus à dextera sinistram versus descendens, in syllabam acuendam defertur, hac figura, ¹. vt *ἀνεί-
ας*. Grauis, à sinistra ad dexteram, syllabam grauandam, hoc modo, ². vt *περὶ τῶν τοῦτων*. Circumflexus ex acuto & graui compactus, syllabam circumflectendam vtrinque contegit, hac forma, ³. vt *μῆσα*.

Apices spirituum duo sunt. Tenuis, qui sic pingitur, ⁴. vt *ἀερ*. aer. Et crassus, cui respondet aspiratio Latina, sic, ⁵. vt *Ἐταρ*, Hector.

Tempora seu note temporum, quae longitudinem & breuitatem suppositarum vocalium designant, duo sunt: longum & breue. Longum, est virgula porrecta, hoc modo, *μῆσα*. Breue est, u, minutum, vt *μυρία*.

⁶ Passiones seu virgulae indicantes dictionem affici, sunt tres. A *ᾠσσοπος*, id est, auersio, quae ostenditur vocalem deesse. Nam concurrentibus duabus vocalibus, quarum altera precedentem dictionem finiat, altera sequentem inchoet, vocalis precedentis euphoniae & ornatus gratia, interdum apud oratores eliditur: apud poetas etiam metri causa. Cuius loco ad defectum illum notandum,

auerfionis

āuerſionis ſignum adhibetur in loco ſuperiori, hac figura, . vt ἀπὸ ἐμῶ, pro ἀπὸ ἐμῶ. Vocales quæ ſic elidantur, hæc ſunt, ε vt φῆρ εἰπῆ, pro φῆρα εἰπῆ. ο. ἀπὸ ἐμῶ, pro ἀπὸ ἐμῶ. α. κατ' ἐμῶ, pro κατὰ ἐμοῦ. ι. ἀντ' ἐμοῦ, pro ἀντὶ ἐμοῦ.

Item diphthongi. αι βούλομαι ἐγὼ, pro βούλομαι ἐγὼ. Et οι. διμοι ἐγὼ, pro διμοι ἐγὼ. Eliditur etiam aliquando ſequens vocalis, quum ſcilicet ea brevis eſt, & præcedens longa. vt ᾠ γὰρ, πούρι. pro ᾠ γὰρ, πούρι. Quandoque etiam in ſynalæphiſ adhibetur apoſtrophus, vt τῶνομα, pro τὸ ὄνομα: τὰμὰ, pro τὰ ἐμὰ.

Υ ποδιασολῆ, id eſt diſtinctio vel ſubdiuiſio, ſeruit ad diſiungendas partes male coherentes, quæ alias coniunctæ legi poterant. Ponitur autem in lineæ, ita vt declinet ad partem inferiorem hac figura, . vt ὅ, τι quodcunque.

Υ φεν, id eſt ſubunio huic aduerſa, cōiungit male diſiuncta hac figura, . vt ὅ, ἔ, quod.

Σελγμαι, id eſt puncta, duo ſunt. Colon, quod poſitum ad lineæ partem ſuperiorem, ſignificat clauſulã ex parte eſſe perfectam, & ex parte imperfectam: in medio vero, omnino abſolutã. Et comma hac figura, , quod ad partem inferiorem appoſitum ſignificat ſententiã omnino eſſe imperfectam. vt ἐγὼ μὲν, γράφω σὺ δὲ, μαρτυρῶ. ego quidẽ ſcribitu autem diſcis. Iuniores tamen plerunque commatũ ſigno vti ſolent, vbicunque ſententiã quidpiam aliud expoſcit. vbi vero quieſcit, colo indifferentem aut in medio loco, aut in inferiori ſive ſuperiori appoſito. Aduertendum etiam interrogationis ſignum apud Græcos hoc modo deſcribi; , τί ποιεῖς; quid agis? Item quod duo puncta ſupra vocalem diſtinguunt ipſam, ne cum præcedente coeat in diphthongum. οἷς, οἷς diſſyllabum eſt: alias οἷς ſine punctis monosyllabum. Sic ἦδ, diſſyllabum: ἦ monosyllabum. Item

quod longi temporis virgula supra dictiones porrecta etiam nomina propria indicat. ut ὁ Πλάτων διαλέγεται, Plato disputat. & literas. ut τὸ α̅ φωνῆν ἐστὶ δίχρονον, α̅ vocalis est bitemporea. Quandoque etiam dictiones. ut τὸ διαλέγομαι ἴσον ᾧ ὁμιλῶ, ὅθεν ἡ διαλεκτικὴ, id est, disputo, idem est quod colloquor: vnde ars disputatoria. Interdum etiam syllabas in compendium contrahit. ut ὁ σωτὴρ. κ̅ς κύριος.

SCHOL. Præter literarum figuras sunt & aliæ decem notulæ profodiæ nuncupatæ, i. accentus ab accinendo, hoc est modulando. Nam quicquid ad modulatam proferendi rationem pertinet, Grammatici Profodiam appellant. Ex litera θ trifariam diuisa fiunt apices tonorum & temporum. Etenim pars hæc dimidia superior circumflexum facit. quæ etsi in quendam veluti pyramidis tonum acuitur, ab scribis tamen inter festinandum, plerumque in arcum complanatur sic, °. Eadem pars superne in duo æqualia diuisa, acutum ad sinistram relinquit, & grauem ad dexteram. Deinde pars hæc inferior v̅ signum est, temporis brevis. Virgula vero transuersa longi. Ex litera Η dissecta constituuntur spirituum apices, sic °, °. Cæterum scribæ festinantes pro crasso semicirculum sinistram depinxerunt sic, °. & pro tenui dexterum sic, °. Literis tamen maiusculis integri superponi solent. Ἀἰνῶσαι μοι ἔντατι μῦσα. Ωδὲ ἀργαλέον πρῶγμα ἔστιν. Latini H pro aspirationis siue spiritus crassi nota usurpantes tenuem omiserunt, satis esse iudicantes, si tenuis spiritus intelligeretur succedere, ubicunque aspirationis nota non esset. Apud Græcorum vetustissimos nudi literarum characteres, quæadmodum nunc apud Latinos, absque apicibus scribebantur. Quod Angelus Politianus ex antiquis inscriptionibus & vetustis codicibus confirmat.

Temporum duplex est vsus, alter in poetis ad discernendam indifferentem in ancipitibus quantitatem. ut in ἀεὶς ἀεὶς apud Homæ. alter apud Grammaticos in præcipiendo ac metiendis carminibus. ut ἀεὶς ἄ-υυ, εἶς βροτο-υυ, λοιγὸς μί-υυ αἰφῶ-τε-υυ, τοχιοί-υυ, πηλα-υυ. Mars Mauors hominum pestis qui incenia quassas. Item superpositis signis. ἀτρεὶς ὄης τί ἀνάξ̅ ἀν-δρῶν, καὶ δῖος ὄδυσσ̅ ἴνυς, Atridesque hominum rex, & diuinus Vlysses.

Vlyſſes. Paſſiones rectius videtur poſſe numerari inter puncta, quam inter proſodias: quum ſcripturam ipſam afficiant, magis vt lectionem dirigant, quod eſt punctoium officium: quam vt ſyllabarum prolationem moderetur, quod eſt proſodiarum. His Latini vtuntur vbi opus eſt, ſicuti etiam punctis clauſularum, tonorumque ac temporum apicibus, & duobus punctis diſtinguentibus vocales, Menelaus, Thimótheus, aër, coëmo. & virgula ſyllabas contrahente, pr̄ ſr̄.

DE SYLLABÆ ACCIDENTI- bus, & primum de tono.

Syllabæ quatuor accidunt, γραμμαίων ἀριθμὸς, id eſt, *literarum numerus*. τόνος, *tenor*. πνεῦμα, *ſpiritus*. χρόνος, *tempus*. Literas habet vt plurimum quinque, vt πλῆθς: vt minimum vnā, ᾤ. Tonus in ſyllaba eſt tenor quo eleuatur, aut deprimitur, aut eleuatur ſimul & deprimitur.

Sunt autem toni tres, ὀξεία, *acutus*, βαρεῖα, *gravis*, περιτωμένη, *circumflexus*. Loci τῶν ὀξείας, id eſt, *acuti ſunt*, vltima, penultima & antepenultima. vnde vocabulum quod acutam habet vltimam, Oxytonum dicitur, vt καρπός. quod penultimam, Paroxytonum, vt εὐλογημένος. quod antepenultimam, Proparoxytonum, vt κύριος. Loci τῆς περιτωμένης, id eſt *circumflexi ſunt*, vltima: vnde περιτωμένον eiufmodi vocabulum dicitur, vt σοῦ. Et antepenultima, vnde προπεριτωμένον, vt χᾶρε.

Βαρεῖα, id eſt *gravis*, duplex eſt, ſyllabicus & prædominans. Syllabicus, quem habent omnes ſyllabæ, ea excepta ſupra quam eſt tonus apice ſignatus. vt κύριος dictio eſt proparoxytona, quia habet acutum in antepenultima, cuius penultima & vltima dicuntur habere

grauem syllabicum, qui non pingitur, quia scilicet demisso & graui tono proferuntur.

Grauis predominans est acutus dictionum oxytonarum, qui scribendo & legendo in grauem mutatur. Nam quoties oxytone dictiones in consequentia sunt, hoc est in contextu non sequente puncto, acutum mutat in grauem, tam figura quàm prolatione. vt καρτῶς nomen oxytonum in hac oratione, εὐλογημένος ὁ καρτῶς τῆς κοιλίας σοῦ. non tamen idcirco appellari desinit oxytonum. Aduertendum autem Barytonum dici quoduis vocabulum non habens toni apicem supra vltimam: quod eo ipso grauis syllabicus, iuxta modo dicta, locum habeat in eadem vltima, à qua denominationes hæc sumuntur: vt sit barytonum, id est, habens grauem tonum supra vltimam, nempe syllabicum: sicut oxytonum dicitur habens acutum supra eandem. Itaque εὐλογημένος, κύριος, χῆρς, præter proprias denominationes, barytona etiam dicuntur. καρτῶς vero & σοῦ dici non possunt.

SCHOL. In superiore capite dictum est de apicibus, qui sunt indices prosodiacum: in hoc agitur de prosodijs ipsis, quæ vera & propria sunt syllabarum accidentia. Nam per has modulate proferuntur, tam circa eleuationem & depressionem quàm circa durationem & status quantitatem. Syllaba enim prosodiæ fundamentum prolata vocem facit: vox deinde, siquidem aerem verberat, corpus est. Ideoque in tono habet altitudinem, in spiritu latitudinem, & in tempore longitudinem. De quibus sigillatim & copiosius in sequentibus capitibus agetur.

DE

DE SEDE ET RATIONE TONORUM vndecim regulæ generales.

Cap. vii.

LOci tonorum sunt, vt modo diximus, antepenultima, penult. & vltima. quas omnes occupat acutus, circumflexus vero duas postremas: grauis tãtum vltimam. Quum vltima est longa, tonus non sedet in antepenultima. Cuius causa ex rectis proparoxytonis ἀνδροπαός, τράπεζα, & similibus, genitiui sunt prooxytoni ἀνδρῶος, τραπέζης, tono in penultima demisso, ob variationē quantitatis vltimæ. quod idem in verbis accidit, vt ἐτόπιεν, ἐτυπίετω. & in alijs partibus orationis, quæ eo modo variantur. Patitur tamen exceptionem hæc regula in diphthongis οι & ω, quando sunt finales. Nempe in plurali non ἀνδρῶοι, nec τραπέζωι, sed ἀνδρωοι & τραπέζωι dicitur. Item in dictionibus Atticorum proprijs. Illi enim sprete regula Μενέλαος efferunt, & εὔγεον, & similia.

Penultima natura longa circumfleitur, si supra se tonum habeat, & vltima sit breuis, vel positione tantum longa, vt μοῦσα, δῆμος, αὔλαξ.

In syneresi, quæ fit ex acuto signato & graui syllabica non signato, circumflexus resultat. vt ἀληθείος, ἀληθοῦς. ποιεῶ, ποιῶ.

Supra natura breuem aut positione tantum longã nunquam ponitur circumflexus, sed acutus. vt λόγος, λέγει, ζῆλον, ἄρτος, λογισμὸς, φρούξ.

Longa ante longam, si tonum habet, non circumfleitur, sed semper acuitur. vt ἦρας. huius regulæ occasione μοῦσα in genitiuo & datiuo mutat circumflexum recti in acutum, μοῦσας, μοῦσῃ. quod similiter fit in alijs multis.

Acutus vltimæ in consequentia mutatur in grauem. vt ταῦτα εἶπεν ὁ ἡμῶν σωτῆρ. hec dixit noster saluator. Hic vltima dictio σωτῆρ sequente puncto habet acutum: qui tonus est illi proprius. eum tamen mutat in grauem, quum in contextu ante punctum ponitur, sic, ταῦτα εἶπεν ὁ σωτῆρ ἡμῶν.

Quando vltima supra quam est acutus, eliditur apostropho, acutus idem retrocedit in penultimam. vt δεινὸν ἔπαθε, φημὶ ἐγὼ, pro δεινὰ ἔπαθε, φημὶ ἐγὼ. E prepositionibus vero grauis tunc euanescit. ἀπ' ἐμοῦ, ἐπ' αὐτῶ. Itidem ex ἀλλὰ, ἀλλ' οὕτως.

Compositio vt plurimum retrahit tonum. δός, ἀπόδος. σοφός, φιλόσοφος. αὐτός, φίλαυτος. εὖ, ὑπέρευ. Quod in nominibus monosyllabis perpetuum est. vt πᾶς, εὐπαις. χθὼν, αὐτόχθων. ποδός, πολύποδός.

Reperiuntur dictiones non paucae in eadem significatione, modo compositæ sub eodem tono, modo tonus aut apostropho diuise. vt παραπολύ, & παρὰ πολὺ, admodum. ἐξάπαντος, & ἐξ ἅπαντος, omnino. ἐξαιώνος, & ἐξ αἰώνος, à seculo. ἀπαρχῆς, & ἀπ' ἀρχῆς, ab initio. & cum articulo, τοδεύτερον, & τό δεύτερον, secundo. Itidem τρίτον, tertio. τομεταξύ, interim. τοπλείον, amplius. τομεταπλείον, deinde. ἐπιτοπλείον, vt plurimum. Quæ aduerbialiter & sub eodem tono sæpius efferuntur, nisi quum aliquid redditur articulo prepositioniſque. vt τὸ μεταξύ λεγόμενον, ἐξ ἅπαντος τρόπῳ.

Syncope tonum retrahit ad precedentem. θυγατέρα θύγατρα. ὁμόπατροι ὁπάτροι. Apocope vero & paragoge eū uā mutāt. vt τυτῆμεν pro τυτῆμενα. καλοῖσι pro καλοῖς, nisi quum necessarium est demittendus in antepenultimam q̄ additam syllabam, vt ἀγαγες, ἀγάγτεςσι. Excipiuntur

recipientis

recipientia in fine adiectionem δε : quæ nihil amplius quam simplicia significant: ea enim tonum habent in penultima. vt ἐνδα, ἐνδαδε, hic. τοῖος, τοῖοσδε, talis. τῆμος τῆμοσδε, tunc. Item recipientia i ad indicandum, quæ ipsum aciuunt. vt οὔτοι, τοδι, δευρί.

SCOL. Græcanici toni prima ratio origoq̄ue auctoritate ferè conflat. Vix enim causam inuenies, cui ἀνθρωπῶς, ἑράπειζα, & similia tonum habeant in antepenultima δι que-ra, quor̄ ibi habeant acutum, magis quam aliūm, certam causam deprehendes, nempe quod soli acuto patet antepenultima. Contra apud Latinos toni iudiciūm ideo facile est, quia è penultima quantitate sumitur: qua tamen producta, Græci & in ea & in alijs tonum locant, vt τῆλατης ἀνθρώπος ἑρατηγός. Item penultima breui, in eadem & in alijs, βιολόγος λόγος πάλεμος περι. Proinde in his sæpe consulendi erunt Grammatici & lexicorū indices. Neque enim regulis arctari omnia possunt, sed neque tyrones tot obrui difficultatibus expedit. In vocabulis vero Græcis, quæ in Latinorum usum veniunt, quale est κατηγορημα penultima longa, & antepenultima acuta: & φιλοσοφία penultima breui eademque acuta: illud attendes, ne Græca Latino tono proferas: nèue Latina Græcanico tono. vbi tamen casus erit communis, eisi ratio & præcepta Grammaticorum tonum requirunt Latinum, alteruter tamen locari poterit. Rectius ergo categorēma penultima circumflexa: & philosophia antepenultima acuta iuxta Latinam normam proferentur. Qui vero categorēma antepenultima acuta iuxta Græcanicum exemplar protulerit, siquidem casus vtriusque communis id patitur, tolerabiliter proferet. Item qui philosophia penultima acuta proferet, Græce proferet: nec omnino male: qui vero philosophia antepenultima acuta, Latine multoque melius. At dicturus in genitiuis categorēmatis & philosophiæ, necessariò Latinum tonum vtriusque dabit in antepenultima iuxta Latinam regulam: quia casus illi tantū Latini sunt. Rursus enūciaturus categorēmatō in genitiuo plurali, & philosophiās in genitiuo singulari iuxta declinationē Græcam, Græcanicum tonū illis addet, hoc est acutum in penultima. Nihil autem prohibet eundem tonum in casum Græcum & Latinum concurrere. Nemp̄ in categorēmatis genitiuo Latino, & in categorē-

matos Græco antepenultima acuitur. Secunda regula imprimis notanda est. Facit enim plurimum ad rectè varianda nomina, pronomina, verba & participia. Cuius illa pars de diphthongis *ei, ai*, sic est accipienda: quòd scilicet pro breuibus reputantur, quantum attinet ad tonorù & ad apostrophi rationem: idque duntaxat quum in fine dictionum sunt. Nam quum post se habent finalem consonantem, prerogatiuam suam retinent. τοῖς ἀνθρώποις, ταῖς τραπέζαις. Quod regula quarta indicat, de acuto & graui, eos concurrentes circumflexum efficere, merito accidit, quum ex hac acuti præcedentis figura, & ex hac grauis sequentis, quum videlicet pingitur circumflexi angulus efficiatur, sic ^a: aliàs è graui & acuto acutus resultat, & ex duobus grauibz grauis. Itaque ἐσῶς coalescens ex ἐσαῶς, non circumflexum sed acutum tenet, & πόλις è πόλεις, grauem syllabicum. Excipiuntur tamen χερύσιος, ἀργύριος, & similia nomina Ionica materiã significantia: in quibus è binis grauibz constatur circumflexus Attice, χερύσῃς, ἀργυρέῃς. Excipiuntur quoque casus contracti, qui alijs in contractis euadunt similes. vt τὴν λητόα & λητῶ, sicut in recto, non autè λητῶ: præcipiente regula, vt omnis casus alteri scriptura & voce cõcors, similem tonum habeat, & quãtitatem, Regulam septimam in Schol. cap. præcedentis explicuimus, Nona non paucas exceptiones patitur. fallit enim in nominibus compositis ab ἰατρός, vt ἀρχιατρός, & in gentilibus, vt ἀχαιοίς, παναχαιοίς. Item in alijs in ης differentia gratia, vt ὑψίπιδης sursum volans. ὑψίπιδης ab alto cadens. & in ες, vt ἰπποκόμος habens iubam equinã, à κόμη. & ἰπποκόμος equorum curator, à κομῶ curo. λιθόβολος lapide petens. λιθόβολος, lapide ictus. & in deductis à verbis compositis, nam ea vltimam acuunt, vt ab ἐκλέγω ἐκλεκτός, à διαμετρέω διαμετρητός, ἐπίλεκτος vero, quia fit ex ἐπί &λεκτός, antepenultimam acuit. Et in quibusdam alijs in ης, vt ληστής ἀρχιληστής, de quibus multa auctor Etymologici in dictione ἡρακλῆς. Idem quoque consulendus in dictione κληίδης de finitis in is, quæ nimium variant: deq; singulis in os suis in locis. Quod ad regulã decimã attinet, notanda quæ in diuisione aliud significant, quàm in compositione, vt ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλῆν, à pedibus vsque ad caput. aliàs ἐκ ποδῶν, vt libro superiori dictum est, procul significat: sed tono acuto, qui tamen in diuisione est circumflexus. Postremo vt quoad fieri possit, in pauca conferatur quæ tot regulis de locis tonorum præcepta sunt, hæc licebit colligere.

colligere. Tonum Græcorum non nasci è quantitate, tamen si
 quantitas vltimæ saepe tonum effingat ac variet, vt *μῦσα μου-*
σης, ἀνθρώπου ἀνθρώπου. Item in multis vocabulis non posse
 reddi certam rationem sedis illius: posse tamen præcipi, qui
 ex tribus tonis ibi locum habeat, hoc ferme compendiosè
 Ex tribus locis tonorum vltima, penultima & antepen-
 ultima, solus acutus occupat antepenultimam: in penultima
 vero locum habet idem, si ea sit brevis, aut positione tantum
 longa, aut alioqui longa, & vltima longa. Aliàs si ea sit lon-
 ga & vltima brevis, locum ibi habet circumflexus. Vltimam
 semper occupat acutus, quum ea brevis est: quum vero lon-
 ga, nō semper. Tunc enim multoties ibi circumflexus colloca-
 tur: q̄ capite sequenti patebit. Vltimæ vero acutus in grauem
 mutatur in consequentia. Hæc ideo repetimus, quòd videamus
 in tonis, tam scribendis, quàm proscribendis plurimum vulgo
 peccari.

DE SEDIBVS TONORVM

in rectis nominum parium & im-
 parium. Cap. VIII.

TRadenda post hæc regulæ speciales de tonis, quibus
 discernantur proprij illorum loci in singulis oratio-
 nis partibus: primumque in nomine in hunc modum.

Omnis rectus singularis nominum vltimam citra con-
 tractionem producens, quum in eadem tonum recipit,
 ipsam acuit. vt ἀληθής, ἰδρώς.

Rectus singularis nominum parium primæ declinationis
 penultimam acuit. vt ἀνείας, χρύσης. exceptis verbalibus
 venientibus à præteritis verborum, quæ quidem oxytona
 sunt. vt ποιητής, δικαστής. nisi verba sint tertie coniuga-
 tionis circumflexæ: tunc enim penultima in verbalibus
 acuitur, si in ea sit o. vt ὁμότης, ἀρότης, διαπότης. qui-
 bus accedit δεσμότης.

Tonus recti secundæ declinationis paris in nominibus
 quidem desinentibus in α, saepe occupat antepenultimam,
 vt διαποισία, δαίλασσα: sed plerunque penultimam,
 quum

quum ea est natura longa, χῆρα, μῆσα: præter finita in
 εια, quæ sunt à masculinis vel communibus in ης. Et præ-
 ter polysyllaba in υα, quæ omnia antepenultimã acuiunt,
 vt ἀδένεια ab ἀδενῆς, ἀρταυα, αἰδυα. demptis tribus oxy-
 tonis, ὄργυα, μηρυα, ἀγυα. Acuitur quoque penultima
 in finitis in α, præcedente ο. χροα, ποα. & in finitis in οη
 purum dissyllabis, & consonante aspirata vna cum alte-
 ra. vt χιόν, φρόν, χλόη. & in θη. τιθη. exceptis κριθῆ,
 ποθῆ. Et in finitis ιη ὄνη substantiam significantibus. vt
 βελόνη, περόνη. Et in μη præcedente vocali, φήμη. Vlti-
 mam vero acuiunt finita in φη, præcedente υ breui. vt
 γλυφή, κορυφή, τρυφή. Et dissyllaba desinentia in οη, quæ
 habent ο ex ε. vt τωναὶ à πνέω, χοὶ à χέω. Item finita in
 ονη, quæ rem non subsistentem significant. vt ἡδονῆ vo-
 luptas, καλλονῆ pulchritudo. & finita in μη præcedente
 altero μ, γραμμῆ. Item finita in φα, vel ια, quæ substan-
 tiam significant aut collectionem. vt ζφα, φφα, χεφα, λα-
 λεια. exceptis quæ rem non subsistentem significat: ea enim
 acuiunt penultimam. vt σοφια, χρεια. Item finita in οια,
 vt χροια, ποια.

Penultimam circumslectunt dissyllaba in υα. vt μῆα.
 quibus accedunt omnia participia. vt τετυφῆα.

Vltimam vero circumslectunt contracta quedam in α.
 vt μνᾶ, ἀδηνᾶ, & alia in η significantia arbores. vt συ-
 κῆ, ἀμυγδαλῆ. & pelles animalium, λεοντῆ, παρδαλῆ,
 κωνῆ, & similia, quæ contractorum speciem habent. Fœ-
 minine terminationes adiectiuorum tonum fere seruant,
 vbi masculinæ. ἀγαδὸς ἀγαθῆ, ὄρσιος ὄρσια, βαρὺς βα-
 ρεῖα. nisi quum vltima longa in proparoxytonis attrahit
 tonum ad penultimam. λιθινὸς λιθινῆ, δίκαιος δικαία.
 Rectus quoque tertiæ varius est. Eius vltimam acuiunt
 possessiua in κος. vt ἀτλίκος. Et pleraque adiectiua dissyl-
 laba.

laba. vt χρυσός, δένος. Et polysyllaba in εος, quæ numerum significat. vt εικοσός, πολλοςός. Et nomina auium in ιος supra tres syllabas. vt ἐρωδιός, ἀγυπιός. Item interrogatiua indefinite sumpta. πόσος quantus, ποσός aliquid quantus. πώς qualis, ποιός aliquis. Item quæ veniunt à præteritis passiuis verborum circumflexorum. vt ἐταυ-
 νετός, δεατός. Et polysyllaba in ρος habentia antepenultimam longã natura vel positione. vt τολμηρός, ισχυρός. Et in αμος appellatiua habentia natura longam antepenultimam. vt οὐλαμός, χηραμός. Penultimam vero acuiunt pleraque dissyllaba appellatiua. vt λόγος, ξύλον. Et in αλεος, quæ excedunt tres syllabas. vt ἀργαλέος, δειμα-
 λέος. Et diminutiua in ιον deducta à nominibus incipientibus à longa. vt à τυρός, τυρίον. à τείχος, τειχίον. Eandem circumflectunt finita in οιος polysyllaba. vt αλλοίος, παγτοίος. Et in αιος deriuata à femininis desinentibus in α vel in η. vt ab ἀγέλη, ἀγελαίος, ab ἀγορά, ἀγοραίος, quanquam id non semper verum est. Et in ειον substantiua deriuata à finitis in εως. vt βαλανεῖον, βαφεῖον, βασιλειον vero adiectiuum est. Antepenultimam acuiunt finita in μος præcedente ε τώλεμος, άνεμος. Et possessiua in ειος. ἀνθρώπειος, humanus. Item in ος deducta à loco, οὐράνιος, cælestis. Et à futuris verborum. vt ἀξίος, ἀσπασίος, θαυμασίος. Et ab aduerbiis, vt à πρώι πρώιος, ab ἴφι ἴφιος. præter άντιος, ab άντιω, vnde τραντίος, vtrunque paroxytonum. Item in αος à verbis deducta. vt μάταιος, λύαιος. Et comparatiua superlatiuaque in ος ὄον. vt σοφώτερος, σοφώτερον, κάλλισος, κάλλισον. Et neutra substantiua in ιον supra tres syllabas. vt γερόντιον. Et quæ veniunt à verbo. vt παιγιον à παιζω. Et quæ sunt trium syllabarum breuium. φάκιον, φλίθειον. Et quæ materiam significant in ιος. λιθίος lapideus. Item his
 affinis

affinia quæ cum ἔν componuntur. ἔμμεσος, ἔμμετρος. Et composita à passivo verbo quintæ coniugationis tam propria quàm adiectiua. ἀφαντος, δίοφαντος, ἀπαρτες. Item è trochaicis composita, quæ tonum scilicet in præcedentem cōpositionis partem remittūt. vt à δούλος, εὐδύλος. Ἐ ferè composita alia. vt παραπλήσιος, ἄσχιος, εὐδυμος, φιλόσοφος. Item composita à κτείνω, τρέφω, ἔ alijs verbis passivæ significantia. vt τυραννόκτονος à tyranno occisus, λυκοκτενος à lupo occisus. Nam τυραννοκτόνος tyrannicida est, ἔ λυκοκτόνος lupi occisor, actiue. Sic λαότροφος à populo enutritus, λαότρόφος populum alens. Porro composita à verbis χέω, βάλλω, παλῶ, cum præpositione quidē acuiunt antepenultimam. vt πρόχοος, ἀμφίβολος, τρέπολος, ἀμφίπολος. cum alio verò quoriam, penultimam. vt οινόχοος, ἐκχέβολος, ὄνηροπόλος, ὕμνοπόλος. Iridem à λέγω, vel λόγος. vt ἐπίλογος, κατόλογος, θεόλογος, εἰκοςόλογος. Cōposita vero ab ἔχω, quæ habent in penultima ου, eam circumflectunt, vt πολιοῦχος. quæ ο, acuiūt antepenultimam, vt ἠήσχος.

Rectus quartæ vt plurimum acuiūt antepenultimam, præsertim in compositis. ἀδρῆλεως, ἀνάπλεως: raro penultimam, aut ultimam, ἄλεως, λαγώς: rarius circumflectit ultimam, κδς, σῶς.

Recti quintæ ultimam acuiūt finita in ω simplicia, vt πᾶν παν, πᾶλεχον pelicanus. præterquam τὸ πᾶν totum. Et in λω, vt plurimum simplicia, quæq; ex se non faciūt neutrum. vt ἀωχίν, σαλίν. Et in ιν vel ις simplicia. ριν vel, ρίς. Et in ων contentiua, vel quasi contentiua κοιτῶν, ἀπατιῶν. Et in ηρ. σωτήρ, πατήρ. demptis μήτηρ, θημήτηρ, ἔ θυγάτηρ. Et in ας fæminina declinata per δ. παλλὰς, λαμπάς. Et in onosyllaba absque contractione in αις ἔ αιξ. vt δαίς, σαίς, αἴξ. Et in ης adiectiua pure declinata, ἀληθίς.

Et composita syllabam verbi habentia exeuntiâque in
 τος. vt ὀπισθίος ὀπισθῆτος, ἡμιθῆτος ἡμιθῆτος. Item in is
 patronymica. Πριάμις, & his similia fœminina, vt ab ἀρχι-
 μάχωντος, ἀρχιμάχωντος. ab εὐρετῆς, εὐρετῆς. Et omnino fœ-
 minina in is dissyllaba simplicia vltimam producentia. vt
 ἀφῆς, κρητῆς, κνημῆς, σφραγῆς. alias que vltimam corri-
 piunt, grauantur. vt μέμψις, λέξις, cum reliquis haben-
 tibus consonantem futuri. Item in is, que sunt trium ge-
 nerum. vt ἡδὺς, βαρὺς. Et que per δ declinantur, χλαμὺς
 χλαμύδος. Et que longam habent in penultima, πλωδὺς.
 quibus exceptis reliqua penultimam fere acuiunt, vt ἑσθῆς.
 Item finita in ω & ως fœminina, vt λητῶ, αἰδῶς. & in εις,
 ἀχιλλεύς. Penultimam vero acuiunt in αν composita, ἐρμό-
 των. Item in ω tam composita quam que neutrum ex
 se faciunt in ου, vt ἐριαύχων, τέρω, τὸ τέρω. Et in ων
 non contracta propria & appellatiua gentiliâque, θέων, εὐ-
 δάμων, τεύτων. Et composita, χαλκοχίτων: nisi significent
 locum, παροχοιτῶν, προδουρῶν. Et in υ composita, εὐριν,
 Σιγλώχιν. Item in αξ & omnino in ξ simplicia non mono-
 syllaba, ἀρπάζ, πέρδιξ. Et in ας dissyllaba, αἶας. & neutra
 in ας, τὸ κρέας, excepto γῆρας. Et in ης propria composita
 à neutris in ος, δημοδένης. Et in ης fœminina simpli-
 cia appellatiua, φιλότης, δεινότης. exceptis βραδυτής, τα-
 χυτής, ἀδροτής, δεινότης. Et denominatiua in ης, & ωδ ης,
 ξιφῆς, νοσῶδης. Et in is appellatiua propria simplicia
 dissyllaba, dummodo penultimam non habeant longā, ὄρις,
 πᾶρις. Antepenultimam acuiūt neutra terminationes poly-
 syllabæ in ον ab adiectiuis in ων. vt τὸ βέλτιον, γλύκιον,
 χαρόδαιμον: quibus accedit τὸ χάρις, χαριέντος, ab ὀχα-
 ρίς, excipitur ab ὁ ἢ εὐδάμων, τὸ εὐδάμων. Et finita in
 is vel is super duas syllabas declinata per δ vel τ, ἀδωνίς,
 εὐχαρίς, ἐπῆλις. Et ὄνινο cōposita quecumq; finita in is cor-
 reptum.

reptum, vt ἀδακρῖς. Et in ις composita à dissyllabis in ις
 quintae barytonis. μῆλες, παλούμητις. Et ab oxytoniss vl-
 timam corripientibus. vt πατρῖς, εὐπατρῖς, ἀπῶν, ρίψα-
 πῶν. Et à fæmininis in η, ἀλλή, ἀναλκῖς, κνήμη, εὐκνημῖς.
 Quæ tamen veniunt à masculinis in ης paribus, & per
 δ̄ inflectuntur, tonum non transferunt. ὁ στραλάτης, ἡ στρα-
 λῶτις. exceptis compositis à παλώ, & à κοίτη. vt ὁ ἀρ-
 τῶλης, ἡ ἀρτόπῶλις: ὁ ἀκοίτης, ἡ ἀκοίτις. Fæminina
 quoque in ις composita ab oxytonis acuiuntur, vt νυχῖς,
 πεινυχῖς, ἀγῖς, καταγῖς. Item deducta à masculinis in
 ος declinatis per ου, vt δμῶις, δμῶιδος, λαλῖς, λαλιδος. à
 δμῶος δμῶς, κάλος κάλῃς. Circumflectunt autem vltri-
 mæ monosyllaba finita in ας, ις, οῖς. vt πᾶς, μῦς, ἔξς. qui-
 bus accedunt ἀπόδς, διοδς, ὄφῶς, & ὄφρδς. Excipitur
 πῶος oxytonum, sicut δδούς. Item neutra monosyllaba
 ultimam producentia, πῶρ, πᾶν, σκῶρ. Et in ων contra-
 cta, ποσειδῶν, ξηνοφῶν. Et omnia quæcunque contracta,
 vt πᾶς, νῆς, φῶις, φοῖς, ἑρμῆς, σιμῆς, & similia.

SCHOL. His regulis indicantur propriæ sedes toni in
 rectis quorundam nominum: nam omnia præceptis arctari
 non possunt. Quo magis vsui assuescendum est: vel quòd
 eadem sæpe vocabula, tono variato significationem quoque
 variant, vt in orthographiâ diximus: vel quòd æque difficile
 sit, multa eaque minuta præcepta memoria tenere. Quocir-
 ca si quid in re admodum varia & ambigua ommissum est,
 quòd hic exceptum adiectumue oportuerit: id boni consul-
 lens studiosus lector sibi adnotet.

DE OBLIQVORVM TONIS

in omnibus nominibus. Cap. ix:

Obliqui pares in eadem syllaba tonum habent, in
 qua rectus. non tamen eundem semper. quia in
 oxytonis circumflectuntur genitiui & dativi trium nu-
 metorum.

metorum. ὁ καλὸς, τῷ καλῷ, τῷ καλῷ, τοῖν καλοῖν, τῷ
 καλῶν, τοῖς καλοῖς. *Item in prope-ri-ssomenis,* quoties vlti-
 ma sit longa, circumflexus penultimæ transit in acutum.
 μῆσα, μουσῆς. sicut è diuerso, in paroxytonis penultimam
 producentibus, quoties vltima brevis sit, acutus transit in
 circumflexum. ὁ προφήτης, ὡ̄ προφῆτα. Excipiuntur pro-
 paroxytona, in quibus vltima, quum per variationem ef-
 ficatur longa, tonum in penultimam demittit. ἀνθρώπος,
 ἀνθρώπων, ἀνθρώπων, τῷ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων, τῷ ἀν-
 θρώπων, ἀνθρώποις, ἀνθρώπων. Notantur ὁ δειπότης, ὡ̄
 δειπῶτα. *Item* μία, μιᾶς, μιᾶ, μίαν, id est vna, more Io-
 nico. Ἐ̄ ἀμφὶ ἀμοῖν, δύο δυοῖν. *Item* genitiui plurales
 primæ Ἐ̄ secundæ declinationis, qui vltimam circum-
 flectunt, ἀνδρῶν, βασιδῶν. Exceptis ὁ χλοῦνης, τῷ χλοῦ-
 νων, χρῆς χρῆων, ἐτησίαι ἐτησίων, ἡ ἀφύα ἀφύων. Obli-
 quorum tonus in nominibus quintæ declinationis sic habet,
 Genitiuus Ἐ̄ datiuus singulares integri in eadē tonū habēt
 cū nominatiuo, αἶας, αἶαντες, αἶαντα: licet non semper eun-
 dem, σδμα, σάματας, σώματι. Exceptis genitiuus nomi-
 num dissyllabis finitis in os cū suis datiuus, qui posteriorem
 aciuunt. βοῦς, βοῶς, βοῖ. κρῆς, κρητὸς, κρητι. Ἐ̄ ἡ μήτηρ,
 μητέρος, μητέρι. θυγάτηρ, θυγατέρος, θυγατέρι. γυνή,
 γυναικὸς, γυναικι. Notantur proparoxytona, in quibus
 excrescente syllaba in obliquis, necessario descendit tonus:
 ne remaneat in quarta à fine. παρόβλημα, παροβλήματος,
 παροβλήματι, Ἐ̄ c.

Accusatiuus in eadem tonum habet in qua genitiuus,
 αἶαντες, αἶαντα: exceptis nominibus, quorum genitiuus
 dissyllabus desinit in os oxytonū. In illis enim tonus ascen-
 dit in priorem, τὸν βοῶ, τὸν κρητα: quibus similia sunt
 ἀνδρὸς, ἀνδρα. γυναικὸς, γυναικα: Ἐ̄ θυγαδὸς, θυγαδα.
 Notandi accusatiui monosyllabi in v, qui circumflectuntur.

tur. vt κλέιν, λῖν, μῶν, σῶν. Vocatiuus tonum habet vbi re-
ctus, praterquam in finitis in ων, in quibus eum transfert
in precedentem, quando desinit in ον. ὁ θελίτεον ὡ εἰλιτιον,
ὁ ἀγαμέμνων ὡ ἀγάμεμνον. exceptis ὡ λαχεδῶμον, τα-
λαῖμον. & alijs similibus simplicibus. Item in compositis
ἀ φρήν, ὡ περιφρον, ὡ δαίφρον. Vocatiui quoque in ες ἀ re-
ctis in ηρ, transferunt tonum, ἡ θυγάτηρ, ὡ θυγατερ. εἰνά-
τηρ, ὡ εἰνατερ. δημήτηρ, ὡ δημητερ. ὁ σωτήρ, ὡ σῶτερ. ὁ
ἄνιρ, ὡ ἄνερ. Idem faciunt vocatiui in ες ἀ rectis in ης
compositis proprijs barytonis vel circumflexis ex contractio-
ne. ὁ δημοθένης, ὡ δημοθένης. ὁ Ἡρακλῆς, λῆς, ὡ Ἡρα-
κλῆς, ac deinde per contractionem Ἡρακλῆς.

Nominatiuus dualis, item accusatiuus & vocatiuus, to-
num habent vbi reclus singularis. Genitiuus & datiuus
genitiuum pluralem sequuntur, praterquam in decem ir-
regularibus mox indicandis. Reclus pluralis itidem sequi-
tur singularem, ἄας, ἄασις. Genitiuus in illis que geni-
tiuum singularem dissyllabum habent in ος oxytonum,
circumflectitur. βοός, βοῶν. κρητός, κρητῶν. his decem ex-
ceptis, πάντων, δῖων, δμῶων, ποιδων, φάτων, δάων,
λάων, κρέτων, δάδων, φάλων. In illis autem que duas sylla-
bas excedunt, penultimam acuit. ἄαντες, ἄαντων.

Datiuus tonum datiuu singularis imitatur, exceptis
παντι τῶσι: & habentibus insertum α, in quibus penulti-
mam acuit, μησι, μησάσι. πασι, πασάσι. Accusatiuus
& vocatiuus sui reclus tonum sequuntur.

SCHOL. Obliquorum tonus rationem certam habet:
pendet enim fere à reclus. Genitiui plurales adiectiuorum pa-
rium in omnibus generibus volunt eodem modo finiri. vt ὁ
ἀγοραῖος, ἡ ἀγοραῖα, τὸ ἀγοραῖον, τῶν ἀγοραῖων ὁ λιθῖος, ἡ λιθία,
τὸ λιθῖον, τῶν λιθίων. sic ἡ δικαία, τῶν δικαίων. εαρεῖα tamen δε-
μίλαια, τῶν βαρειῶν, μελαιῶν: & similiter reliqua que sunt à
masculinis imparibus, substantiuorum formam sequuntur,

τραπιζῶν

ἡραπειζῶν videlicet & ἀληθεῶν, ac reliquorum. Quidam sic tradunt, genitiuos in *ων* à rectis in *αι* vnius quidem generis circumflecti: trium vero suos masculinos sequi: nisi fœminina genitiui terminatio literis differat à masculina. tunc enim circumflecti, vt ὁ βαρῦς, ἡ βαρῖαν, ἡ βαρῆτα, ἡ βαρῆταν.

DE RATIONE TONI IN VER- bis & participijs. Cap. 10.

Themata verborum incontracta finita in *ω*, aciuunt penultimam, τύπτω, ἀκούω: in *μι*, antepenultimam, si duas syllabas excedant: δίδωμι, τίθημι. aliàs disyllaba, penultimam circumflectunt, vt τλήμι, δῶμι: exceptis φημί καὶ εἰμί oxytonis. in *ω* vero contracta vltimam circumflectunt, ποιῶ, βοῶ. In his omnibus vocis passivæ presens in eodem loco tonum conseruat, τύπτομαι, δίδομαι, ποίεμαι. Parataticus semper nititur tonum remittere in antepenultimam, ἔτυπτον, ἤχον. Aliàs in disyllabis, & vbi reperit vltimæ longæ impedimentum, sedet in penultima, ἄγω, ἤγον. τίθημι, ἐτίθην. ποιῶ, ἐποίησα. Ex futuris actiuum prius paroxytonum est, τύψω: posterius perispomenon, τυπῶ. passiva sunt proparoxytona, τυφθήσομαι, τυπήσομαι, τετυψομαι. etiam medium prius τυψομαι: sed posterius properispomenon, τυπήσομαι. Excipiuntur verba quintæ coniugationis, in quibus futurum prius actiuum perispomenon est, ψαλῶ: medium properispomenon, ψαλοῦμαι. Ex indefinitis actiuæ nituntur tonum remittere in antepenultimam, quatenus fieri possit: ἔτυψα, ἔτησα, ἔτυπον. Quod vbi fieri nequit, parataticum imitantur: ἄγω, ἤγον: τίθημι, ἔθην. Passiva & media penultimā aciuunt, ἐτύφθη, ἐτύθη, ἐτυψάμην, ἐτυπόμην. Paracimeni aciuūt antepenultimam,

nultimã, hyperfyntelici penultimam: τέτυφα, τέτυπα, τέ-
 τυμμαι, ἐτετύφην, ἐτετύπειν, ἐτετύμην, Tempora im-
 peratiui aciuunt, quo id licet, antepenultimam: τέτυφε, τέ-
 τυφο. aliàs ubi fieri nequit, penultimam: τύπε, τύφα:
 excepto indefinito secũdo medio, quod vltimam circumsle-
 ctit, τυποũ. Tria tamẽ aciuunt penultimam, Σάπου, ἔπι-
 θάλω & ἀφίω. Exceptis etiam quinque indefinitis actiuis
 oxytonis, εἰπέδω, εἰδὲ veni, λαβέ accipe, εὗρε inueni, idẽ
 vide: quæ tamen ipsa antepenultimam aciuunt composi-
 ta: vt κάτεταε, ὑπόλαβε, ἔξευρε, πρόσελθε. Idem faciunt
 alia dissyllaba, vt ἀνόθηδι, ἀνόηδι. At monosyllaba, pe-
 nultimam. vt δός, ἀπόδος: ἔς, ἄφες: σχέες, ἐπίσχες.

Tempora optatiui & infinitiui eisdem in locis tonum ha-
 bere volunt, in quibus tempora indicatiui illis responden-
 tia, τύπω τύποιμι, τύπειν. nisi vltima impediãt, τι-
 θημι τιθέναι. τύποιμαι τυπώομαι. ἔθην θέλω. Notantur
 indefinita secunda actiua infinitiui in εν, quæ vltimam
 solent circumslectere, τυπῆν. item passiuã utraque quæ in
 optatiuis & infinitiuis tonum habent in penultima. τυ-
 φείω, τυπείω, τυφῆναι, τυπῆναι. Et infinitiua omnia
 in ναι quæ in penultima tonum habent, τιθέναι, ἔειναι, τε-
 τυφέναι. Quorum formam sequitur paracimēnos utcu-
 que desinens, τετύφω, τυποῖναι, τετέϊναι. Aliàs reli-
 qua infinitiua in ναι antepenultimam aciuere solent, τό-
 πιδαι, τύφιδαι, τυφῆσδαι, τυπῆσδαι, τετέϊσδαι,
 τύφιδαι: nisi quod ex medijs secundis futurum & indefi-
 nitum sua tempora sequi malunt, τυπῆμαι, τυπῆσδαι,
 ἔτυπόμην, τυπῆσδαι.

Subiunctiui quoque tempora sua indicatiua sequuntur,
 τύπω, εἰάν τύπω. τύποιμαι, εἰάν τύποιμαι. nisi ubi addi-
 tur impedimentum, τέτυφα, εἰάν τετύφω: & ubi tollitur,
 ἔτυπόμην, εἰάν τύποιμαι.

Notantur præterita passiva, quæ penultimam circumflectunt, ut παροίμαι, παρωομαι. & indefinita, quæ ultimam, τοφθῶ, τυτῶ. Atque his similia præsentia & indefinita secunda actiua eiusdem modi in verbis in μι, ἐδν λέθῶ, δῶ. quorum passiva perispomena euadunt addito μαι, λέθῶμαι, δῶμαι. Præterquam in carentibus actiua voce, quæ antepenultimam acuiunt, ut δύνωμαι, ἐπίσωμαι. quod itidem accidit in omnibus aor. secundis mediis subiunctiuis in ωμαι, quam in compositione excedunt tres syllabas, ut δῶμαι, ἐπίδῶμαι δῶμαι, ἀπόδωμαι. σχῶμαι, ἀπόσχωμαι. Et in subiunctiuis in ω compositis à monosyllabis, quorum participia non desinunt in σ oxytonum, ut σχῶ, ἀνίσχῳ, κατάσχῳ, πῶ, ἐπίπω. Quæ autem habent participia in σ oxytonum, non mutant tonum, βῶ ἀναβῶ, δῶ ἀναδῶ, quia βας, δούς.

Participij actiui tonus in præsentis & futuro priori idem est cum suo indicatiuo, τῶπῶ, ὁ τῶπῶν, τῶπῶν. exceptis præsentibus ἰδῶ, κῶν, ἐδῶ, ab ἰα, κῶ, ἰα. In paracimeno & posteriori indefinito ultime acuiuntur, τέλωπῶς, τυτῶν. His similis est paracimeno medius, ut ὁ τέλωπῶς: passiuus vero in μένος penultimam acuit, τερωμμένος: reliqua participia in μένος antepenultimam acuiunt. Ultimam quoque acuiunt præsentia & indefinita secunda à verbis in μι, τῶεις, δῶεις: quorum formam sequuntur indefinita passiva, τοφθῶς, τυτῶς. Indefinitum actiuum prius penultimam semper acuit, ἐποίησα, ὁ ποιήσας: ἐτύη, ὁ τύησας.

In personarum vero inflexione primam reliquæ ut plurimum sequuntur, nisi quum acutus cogitur descendere: vel ob additam syllabam, vel ob ultimam effectam longam. τῶπῶμαι, τυτῶμεθα: τῶπῆ, τυτῆτω, τυτῆτωσιν. Aliàs tonus in verbis potius nititur ascendere, quam descendere, quod liquet in ἐτυώμην, ἐτύωτο, ἐτύωθε, ἐτύωιτο.

ἐτύποντο, ἐτύφηντο, ἐτύφατο, & similibus. Interdum
ultima correpta quiescit, ut puta in optatiui praterit. pas-
siu. πεποιήμην, πεποιήσο, πεποιήθη: τεδείμην, τεδείσο,
τεδείθη: & in presentibus verborum in μι. ut ιδείμην,
ιδείσο, ιδείθη: διδοίμην, διδοίσο, διδοίθη.

SCHOL. Verborum specialis tonus etiam vsu commo-
dius quam regulis percipitur. Sunt tamen quaedam regulae ge-
nerales, & alioqui peculiare exceptiones, quas expediet me-
thodo tenere. quo de similibus expeditius sit iudicium. Qua-
lis est regula illa. Omne verbum ultimam habens longam,
eam circumflectit: si modo ibi sit collocandus tonus. ut ποιῶ,
ποιῆς, τυφῶ, τυφῶ, ἦς, ἦ, δῆς, ἰχθῆν, excepto tantum χεῖν oportet,
ultima acuta. Item altera de participio desinente in σ oxytono
declinato per πτ, quam apposimus in scholijs capit. 42.
libro 2. Quod autem ad cōpositionem attinet, notetur tēpora
trochaica, quę tonum non remittunt in antepenultimā con-
tra quā in nominibus accidit, ut εἶπες, κτεῖπες, ἔχε, παρῆχε.
Exceptis εἶδα, σύνοιδα, εἶσα, σύνοισα κῆμαι, πρῶσκεμαι: quan-
quam κῆσθ non remittit, προσκῆσθ, ἦμαι, κάθημαι. Sed in hoc
& in κῆμαι excusatur, quod sint a verbis εἶμι, quę volunt
in antepenultima acui, ut τίθημι, ἵστημι, &c. At ἐκαθήσθη, ἐκάθη-
σο hyperintelicos, quum deponit augmentum, vna etiam ton-
num in penultimā transfert. καθήσθη, καθῆσο, καθῆτο. Demosth.
πρῶσθεις καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ. Participiorū obliqui nominum
regulis subiacet. Fœmā inorū & neutrorum toni eandē cum
masculinis sedem occupant. ὁ τύπῳ, ἡ τύπῳσα, τὸ τύπῳ. ὁ
τελύφῳς, ἡ τελύφῳσα, τὸ τελύφῳς. ὁ ποιῆσας, ἡ ποιῆσασα, τὸ ποιῆσας.
Nam quum vitima longa in fœmininis in μέση, tonum demit-
tit ex antepenultima in penultimam. τυπόμεναι, τυπόμενη.

DE TONO PRONOMINVM, articulorum, præpositionum, aduerbio- rum & conjunctionum. Cap. II.

EX pronomibus ἐγὼ & σὺ in rectis, datiuus, & accu-
satiuus singularium ultimam acuiunt: in genitiuis
tantum circumflectunt. In dualibus γῶ, σφῶ prope-
rispomena sūt: sed γῶ σφῶ oxytona, quia nominatiuus dua-
lis desi-

lis desinens in *α* nunquam circumfleetur. hæc autem quidam contracta esse nolunt, sed abscisa. In genitiuis vero *ῥῶν*, *ῥῶν*, *σφῶν*, *σφῶν*, & subscriptum indicat per contractionem fieri. Casus plurales ultimam circumfleunt omnes, nisi quum dissoluantur poetice: nam tunc penultimam acuiunt, *ἡμῖς*, *ἡμεῖς*, *ἡμῶν*, *ἡμῶν*. *Ὅς* vero tertie persone nonnihil discrepat. Nam datiuum singularem habet circumflexum *οἱ*. & pluralem paroxytonum *οἰοῖν*. Item dualia oxytona *σφί*, *σφί* : in reliquis conuenit cum prima & secūda persona. De cæteris pronomiuis superuacaneū est sigillatim inculcare, quod in illorum inflexionibus liquido apparet. Sequuntur autem omnino formam nominum adiectiuorum parium in *ος*, *α*, vel *α*, *ου*, eadem uarietate seruat in motione & inflexione.

Articuli quoque per se patent. Recti enim prepositiui *ὃ* *ἢ*, *οἱ* *αἱ* absque toni apice scribuntur: reliqui omnes variantur ut nomina adiectiua oxytona in *ός*, *ή*, *όν*: sic *ὄς*, ut *καλός*, *ή* ut *καλή*, *τό* & *δ* ut *καλόν*. *τῶ* & *οῦ* ut *καλοῦ* *τῶ* & *ῶ*, ut *καλῶ*. & sic de cæteris.

Prepositiones ultimam habent grauem, utpote que in consequentia deprehenduntur casualibus prepositæ: alias illis postpositæ dissyllabe tonum transferunt. Quod facit sola *παρῖ* in prosa oratione: *τοῦτων παρῖ*. in carmine uero etiam alie. Quæ de re dicitur copiosius libro 5. Item quum pro uerbis impersonalibus sumuntur, ut *παρὰ* pro *παρῖ*, præsto est. *μετὰ* pro *μετῖ*, participatio est. *ἐπι* pro *ἐπῖ*, inest. *ἐν* pro *ἐνῖ*, contingit.

Aduerbia terminata in *θεν* & *δι* ibi tonum habent, ubi primitiua unde deducuntur: *ἀνθεν*, *ἀνωθεν* *ἀγρός*, *ἀρηόθεν*, *ἀρηόδι*. Sic *παός*, *πῶθεν* unde. nam *πῶθεν* indefinite, id est alicunde, differetie gratia ultimam acuiunt. Monosyllaba uero interrogatiua circumfleuntur, *πῶ*, ubi? *πῶς*, quomodo?

Quae indefinite quoque sumuntur, sed amisso prorsus tono, πού, alicubi, πας quodammodo. Finita in ζε antepenultimam acuiunt, ὑπόραζε, ἔφαζε, excepto χαμάζε. Ad haec ὄν circumflectitur, ὡωί acuitur. Nam ι acui vult, quoties Attico more additur ad aliquid propius & euidentius demonstrandum, vt δευρι hucce, ἐνθαδὶ hic. Alias aduerbia finita in ι breue grauantur, vt νόσφι, ἴφι, excepto παρῶι. Præterea desinentia in υ monosyllaba circumflectuntur, vt ἡδ, μῶ, ἦ apud Aristophanem. Et vniuersaliter quoties vltima habet diphthongum cum υ circumflectitur, si supra se tonum recipiat, vt φεδ, ὄυδαμῶ, τυπαῶ, exceptis ὄυ, ἰδὸυ, ἰού.

Ex coniunctionibus copulatiuæ & disiuctiuæ acuiuntur, præter ἔτα. Itidem continuatiuæ & subcontinuatiuæ, εἰδῆ, ἔπει, ἔπειδῆ. adiecto quoque his παρ, tonus in eadem manet, εἰδῆπαρ, ἔπειπαρ, ἔπειδῆπαρ. Causales quæ vnam syllabam excedunt, penultimam acuiunt, ὅτι, διότι, ἴνα, ὅπως, δι ὁ verd, καὶ ὁ, & ἐφ' ὧ, in diuisione sunt, quæ coniunctim quoque scribi possunt non mutatis tonis, διὸ, καὶδὸ, ἐφῶ. Ex dubitatiuis, ἄρα vtrum, circumflectit penultimam: quum vero eandem acuit, ἄρα igitur, fit illatiua. Aduersatiuæ penultimam acuiunt, ὅμως, ἐμπης, καίπερ. Reliquæ sigillatim explorandæ. Quid enim refert de tam minutis ac varijs præcipere?

SCHOL. Articuli præpositiui aut solum spiritum recipiunt, aut tonum solum. Postpositiui vero vtrunque. Præpositiones ἐς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ: item coniunctio ἐς, & aduerbia οὐ, οὐκ, οὐχ, non sequente puncto, & aliquando αἰς, atque alia quædam absque tonis scribi solent. Nomina neutra aduerbialiter sumpta tonum suum retinent. συνεχίς assidue, τάχιστα celerrime. Excipiuntur Attica quædam, ἀληθίς, ἐπίτηδός, & ἐπ' ἀνάγκης. Εἰπωρ, & εἰδῆπαρ à παρ compositæ contra regulam videntur a uere penultimam. Simili modo τοῖνον composita à τῶν coniunctione completiua vltimam corripiente. Item aduerbia

bia ὄρι, ἔδε, ἔτε, cōposita ab οὐ, εἰ, & καί, & ναί. In quibus omnibus etiam si ultima sit brevis, non tamen circumflectitur penultima existens longa, quia adiectiones casu carentium non mutant acutum.

DE VARIATIONE ET TRANS-
latione toni, deque encliticis dictio-
nibus. Cap. 12.

TRansfertur tonus è legitimo loco in sequentem syl-
labam, aut in præcedentes in eadem dictione, siue
simplici, siue composita, alijs etiam modis præter supradic-
tos, libro sequente attingendis. Quin & in præcedentem
dictionem suum tonum transmittunt particule encliticæ,
eumque illa acceptum simul cum proprio tono apice figu-
ratum ostentat. quum videlicet est proparoxytona, vt δι-
χαίος ἔστ: & quum properispomena, vt δοῦλός τε: & pa-
roxxytona trochaica, vt φύλλά τε. quum vero est oxytona,
grauem suum erigit in acutum, vt σοφός τις. Alias apex
evanescit, vt λεγέτω τις. Quandoque manet immobilis,
ἰδὲ φάμεν, φίλοι εἰσὶν, ἤρωσ ἔσι. Est autem encliticum
nomen τις τινός in omnibus generibus, & per omnes casus
indefinite sumptum, id est, aliquis, & ἔ τω, pro τινός τι-
νὶ in genitiuo & datiuo, vt alibi dictum est. τίς vero τίνος
interrogatiue, quis, cuius, rectum habet tonum. Ex pro-
nominiibus inclinantur obliqui singulares primæ personæ,
quum ε abijciunt, με, μοι, με. δδλός με, ἔδωκέ μοι, εἰ-
φρανε με. Item secundæ, σὺ, σοι, σε. Et tertiæ omnes ca-
sus trium numerorum. Ex verbis, φημί, φησὶ, φάμεν, φα-
τὲ, φασὶ. Item εἰμί in præsentii indicatiui, quod quidem
in tertia persona tripliciter effertur: acuta priori ἔσι &
posteriori ἔσι, & enclitice σοφός ἔστ. Priorem acuit præce-
dentibus οὐκ, ὡς, εἰ, τῶτ, ἀλλά. vt οὐκ ἔσιν ἄλλος, non est

alius: ὡς ἔστι τῷ ἀσχηρῶν, vt est ex turpibus. εἰ ἔστιν οὕτως, si est sic. τὸτ' ἔστιν ἀμάρτημα, hoc est peccatum. ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν, atqui licet dicere. Et cum inchoat clausulam, AEschines, ἔστι γὰρ ὧ Ἀθηνῶσι τῷ περὶ τὰς ἀρχὰς εἶδη Σία. Sunt igitur ὁ Athenienses magistratum genera tria. Tonus vero transfert precedente dictione oxytona, καλὸς ἔστι, bonus est: Ἐ perispomena, φῶς ἔστι, lux est: Ἐ properispomena, δειλὸς ἔστι, seruus est. dum modo vltima non sit longa positione: quia in φοῖνιξ ἔστι non transfertur. Item precedente proparoxytona, δικαίος ἔστι. Posteriores acuit, quoties aliter in sermonem incidit: precedentē videlicet in dictione non proparoxytona iambo, vt Ἀριστοτέλης ἔστιν: aut spondeo, ἀετὰς, εὐνὸς, φοῖνιξ ἔστιν: aut pyrrhychio, νέος ἔστιν: aut trocheo paroxytono, μάντις ἔστιν. Iisdem modis vsurpantur εἰμί, Ἐ poetica, εἰς ἔοσι. Item reliquae personae duales Ἐ plurales, nisi quod priorē non acuit. εἰ vero secundae personae singularis tonum non amittit. Ex aduerbijs inclinantur, τὸς τῶς τῶ πη τῶθεν τῶδε, indefinite sumpta. Nam interrogatiue circumspectuntur: demptis τῶθεν vnde, Ἐ τῶτε quando, paroxytonis.

Ex coniunctionibus τε, γι, Ἐ completiue κε, κο, φα, γυ, νι, περ, ἔω, poetice.

SCHOL. Tonus & eius locus (vt spatium dictum est) variari solet quantitate & inflexione. μέσσα μούσης, ἀθραῖτος ἀνθρώπων. αἰνίγμα αἰνιγμάτων. Idiomate μάρτος pro μαρτός. Attice, σόφος pro σοφός. Notice. ἄπ' ἀντὶ, pro ἀπὸ ἀντὶ. Item δειν' ἐπαθῖν, pro δεινὰ ἐπαθῖν. Syncope, Ἰδατρεα. Paragoge εὐδαδὶ τοδὶ. Compositione, σοφὸς φιλόσοφος. Anastrophe, τούτων πῆρι, pro περὶ τούτων. Differentia διὰ δεα, βέα spectaculum. Quibus adde inflexionis variationem, vt θαλὸς θαλῶ, & θαλὸς θαλῆτος, ἀπολλῶν κ' ἀπόλλυμι, Et variatam orthographiam eodem significato. vt διαγνῖν κ' διαγνῖαι, ἀφελῖα κ' ἀφέλεια, τελωνέων & τελώνιον, hoc tamen plerunque iuxta Atticos fit. Et ἀφῆτεςιν, vt ἔση βῆ Itē poetarum metaplasmum,

ἢ μελιερατι pro μελικράτι προβοσι pro προβάτοις. Item irregularia, si videtur, ut ἰλαβι in indefinito imperatiui, & ἰών in presenti participii. His & alijs si quæ sunt variandi toni rationibus, nunc accedit eius erectio & trāslatio occasione dictionis encliticæ. Est igitur dictionis enclitica, id est inclinatiua, quæ inclinat suum tonum, ut præcedentis dictionis vltimum grauem in acutum erigat: δὲ λός ἐστιν. Hic verbum ἐστιν inclinat ac deprimat suum acutum in grauem videlicet syllabicum: ut grauem syllabicum præcedentis syllabæ λός erigat in acutum. Alias enim encliticæ quum initia clausularum occupant, suum retinent tonum. τινὲς ἄπον, quidam dixerunt. φησὶν οὗτος, ait hic. Præterea quando dictioni duo toni incumbunt, vterque quo ad fieri possit, voce erit efferendus μάχεται μοι, δὲ λός ἐστι. Synencliticæ dicuntur particule encliticæ, quæ in oratione coniunctæ altera alterius tonum erigunt. ut ἢ νό σὲ πυθίος ἔχῃ, vbi grauis ἢ erigitur à νυ particula enclitica. itidem νυ à σὲ & σὲ à πῶ. Accidit autem sæpe ut toni encliticæ figura euanescat. Nam quum sequitur perispomenam dictionem, & paroxytonā finitam spōdeo, iambo vel pyrrichio, neutiquam pingitur. ut φῶς ἐστι, ἀτρείδης τε, ἔργος τε, ὅτι ἐν. nisi cum particula enclitica incipit à σφ. tunc enim erigitur grauis præcedētis dictionis vtcumque finitæ, ἐνὰ σφιν, ἐνὸς σφίως, τὸς ἀσφίαν. Aristarchum ferunt voluisse in Odyssæa tonum enclitici pronominis μοι nomini ἀνδρα imponere, quod id absurdum iudicaret in ipso statim perseo initio. Ad hæc quædam semper reperuntur absque tono. ut με μοι με σφιν. Quædam non semper. ut οὐ, σοὶ σὲ ἐστὶ. Notatur σου post ἐνεκα & ἐνεκεν non inclinari, ἐνεκα σου non ἐνεκά σου. sic quoque πρὸ σου, ἐπὶ σοὶ, πρὸς σὲ. quia præpositiones grauem suam in acutum erigere nolunt.

DE CERTIS LOCIS DVORVM

Spirituum crassi & tenuis. Cap. 13.

Spiritus in syllaba est qualitas, qua vocalis aspere
 vel leniter profertur: vnde alter dicitur δασεία,
 id est, asper & crassus, alter ψιλὴ, id est tenuis &
 exilis.

exilis. Loci spirituum sunt vocales dictionum inceptivae. Nam reliquæ citra discrimen tenuiter proferrî intelliguntur. & quoque inceptivæ aspirationem habet: mediæ vero & finalis non aspiratur. Ideoque tunc apicem repudiat. ut ῥήτωρ, ῥήτορος, nisi quod in medio quum geminatur utrunque recipit, ῥῥήτωρ. De valetè. Recti spiritum servant obliqui. thematis vero participia & verbi tempora, excepto ἔχω, ἔξω. et tamen in augmentis verborum attenuatur semper: praterquam in paracimeno & hyper syntelico verbi ἴσχυμι, ἔταχα, ἐσάχων. Omnis articulus à vocali incipiens aspiratur, ὀ, ἦ, ὄς, ἦ, ὄ, ὄ, ὄ, ἦς, &c. Pronomina ab e incipientia attenuantur, excepto ἐ & ἐαυτῶ. Quæ vero aliud habent initium, aspirantur, ut ὄν, ὄν, ὄντες. excepto αὐτὸς tenui: quod tamen cum reciprocationem significat, aspiratur, αὐτῶ, suiipsius: sicuti & compositum ἐαυτῶ, ex quo per aphoresin fit. Præpositiones attenuantur, exceptis ὑπὸ, ὑπὲρ. Coniunctiones quoque attenuantur, ut εἰ, ἀλλὰ. exceptis casualibus, ut ἵνα, ὅπως, prater ὅσσα. Numeralia aspirantur, ut εἶς, ἑξ, ἑκατόν. exceptis ὀλίγῳ, ἐννέα, εἰκοσι, cum deductis ab eis. Redditivæ facta per abiectionem consonantis tenuis aspirantur. ut τόσος, ὅσος, πηλίκῳ, ἠνίκῳ. exceptis τόσσα, ὅσσα, τῆμος, ἦμος. Derivativa quum initium primitivorum retinent, eorum quoque tonum servant, ut ἀκούω, ἀκοή, ἴστωρ, ἰστωρία. exceptis ἀμύδις ab ἄμα, εἰςμὸς ab εἶρω, εἰρητή ab εἶρω, & ἰδρύς ab ἰδίω. A particula privativa composita leuigatur, ut ἀπαρ, exceptis ἀδης & ἀλυσίς. Sed quum congregationem significat aspiratur, ut ἀπαρ, ἄμα. Porro à ante quamvis literam attenuatur, exceptis sequentibus, in quibus & in compositis ac deductis ab eis aspirari solet. Nempe ubi sequitur β, ut ἀβρότης. Item ἀγνός, ἀγιός, ἀδης, ἀδης, ἀδρός, ἀδρῖν, ἀδινεύω, ἀδινός, ἀλς, ἀλιάρτος, ἀλικαρ-
 γαστός,

νασός, ἄλις, ἄλιος, ἄλιζω, ἄλισκομαι, ἄλυσις, ἄλλομαι, ἄμα, ἄμαρτάνω, ἀμιλλα, ἄμμα, ἄμις, ἀμηγέτη, ἀμωσγέτως, ἄμαξα, ἀνδάνω, ἀπαξ, ἀπαι, ἀπαλός, ἀπλω. Item ubi sequitur ρ cum μ sive τ, ut ἀρμόζω, ἀρτωα: praefer ἀρμενον, ἀρμωρία. Item ἀπῆ, id est qui. cumque, ἀτερος, ἀτε, ἀφῆ, ἀφίς, ἀψα.

Equoque plerumque attenuatur, ut puta ante ε, ι, υ. praefer ἐέλδωρ, ἐέρση. Item ante β, γ, δ, exceptis ἔδος, ἔδρα, ἔδνον, ἔδωλιον, ἔδανός & ἔδδομος, ac similibus numeralibus ab ἐπῆα descendantibus: & ubi sequitur βρ. ut ἐβραῖος. Attenuatur quoque ante θ, φ, χ. praefer ἐφδός. Item ante τ & τ, exceptis ἔπομαι, ἐπῆα, ἔτερος, ἐτιμος, ἐτῆρος. Item ante λ, μ, ν, ρ, σ. exceptis ἔλω, ἔλλας, ἔλλω, ἔλη, ἔλενη, ἔλενος, ἔλλός, ἔλος, ἔλικη, ἔλιξ, ἔλικών, ἔλικιώτιδες, ἔλίπια, ἔλκω, ἔλκωα, ἔλωρία, ἔλμις, ἔμις, ἔμος, ἔτεκα, ἔνεκεν, ἐνιᾶσος, ἔρδω, ἔρκα, ἔρκαῖς, ἔρκαμον, ἔρπω, ἔρπετον, ἔρση, ἔρσεις, ἔργμα, ἔσπομαι, ἔσε, σπουσque, ἔσια, ἔσιω. Aspiratur ante α, ο, ω. praefer ἔαρ, ἔαω: ἔοικε, ἔάν, ἔοργε, ἔω, ἔών. Et ante κ, ζ, χ. exceptis ἐκ, ἐκτός, ἐχεχειρία.

H ante quavis vocalem attenuatur. Item ante δ, θ, τ, π, κ. exceptis ἠδός, ἠδονή, ἠταρ, ἠπῆα, ἠπῆα, ἠπῆον, ἠτις, ἠχι. Et ante ζ, λ, μ, ν, ρ. exceptis ἠλιος, ἠλος, ἠλω, ἠλικία, ἠμέρα, ἠμερος, ἠμισυ, ἠμῶν, ἠνίκα, ἠνία, ἠρω, ἠράδης, ἠρωδιανός, ἠρα, ἠρακλῆς, ἠρόδοτος & talibus cōpositis. Aspiratur autem ante β, ut ἦβη: cum pleonasmō tamē attenuatur, ut ἦβαγόν. Et ante γ, κ, σ, φ. exceptis ἦσιν ait, ἦσα fuisti, ἦφλουσμός sputa.

I ante vocalem attenuatur, exceptis ἰερός, ἰεραξ, ἰημι. & ante β, γ, δ: nisi quum sequitur δρ, ut ἰδρῶς, ἰδρῶ. & ante π, praefer ἰπῆαμαι. Quum vero geminatur, ut ἰππος, aspirari solet. Attenuatur & ante κ, τ, φ, χ, θ, ζ, ψ, σ. exceptis ἰκαγός, ἰκάγω, ἰκω, ἰκέτομαι, ἰκέλις. exceptis quoque incipien-

incipiētibus ab ις, vt ἰσως, ἰσορία, ἰσός. præter ἰσρος. & præter facta per syncopen ab ἰσημι, ἰσω, ἰση, ἰσηον, &c. Etiam leuigatur ante λ, ν, ρ. exceptis ἰλεως, ἰλάσχω, ἰμαρός, ἰνα, ἰρός, ἰριός. Aspiratur autem ante λ & μ sequēte vocali, vt ἰμάς, ἰμερος: sequente vero consonante attenuatur, vt ἰμερος.

Ο ante quancunque literam attenuatur, exceptis ὀδός, ὀδε, ὀβι, ὀβεν, ὀπτοῖος, ὀπόσος, & alijs huiusmodi nominibus. Itē ὀλμος, ὀλκῆ, ὀλκός, ὀμος, ὀλότης, ὀμῆ, & ab eo cōpositis, ὀμήλιξ, ὀμιλος, ὀμιλία, ὀμηρος, ὀμοῖος, ὀμαλός, ὀμοκλή. & habētibus τλ post ο, vt ὀπλον, ὀπλή. Itē ὀράω, ὀρος, ὀριον & habentibus μ post ρ, vt ὀρμος, præter ὀρμυρος & habētibus σ sequente vocali, vt ὀσιος, excepto ὀσιρις. quum vero consonans sequitur, leuigatur, vt ὀσοῦν. præter ὀσις. Ο quoque per pleonasmion cōpositionémue initio dictionum additum aspiratur, vt ὀποῖος, ὀπόσος, ὀτε, ὀπότε, ὀπθ, ὀπιο.

Ω magnum leuigatur, exceptis ὦδε, ὦς, ὦστε, ὠρά, ὠράμος, ὠρακιδῶ.

Diphthongi attenuantur, articulis exceptis, vtputa αι, præter αἶρα, αἶροδμαι, nisi sequatur μ, tunc enim aspiratur, vt αἶμα, præter αἶμαν gnarus. Itē αυ, exceptis αὐτη & αὐτοῦ pro ἑαυτοῦ. Item ει & ευ, exceptis εἰλόω, εἰμαρμένη, εἶμα, εἶμος, εἶως, εὔδω, εὔω, εὔρισκω. Item οι in dictionibus supra vnā syllabam, exceptis ὀιμος, ὀιμῶ, ὀιος. Item ου, excepto οὔνεκα. Ex improprie dictis α, η, ω simplicium vocalium videlicet α, η, ω, rationem sequuntur. vt Attica, & ω Ionica pro alijs fere ponuntur. & demum aspirari vult, sicuti υ, vt ὑός.

SCHOL. Vix reperies qui in proferendo discrimen facia: inter spiritum vocalis tenuem & densum: vterque enim vulgo tenuiter enunciat, in consonantibus tantum aspiratis densus status cum litera nunc expiratur, sicuti in prolatione literarum diximus. In compositione quoque quum consonans tenuis obuiat aspiratæ vocali, densus ille retrocedens in tenuem consonantem conuertit ipsam in aspiratam. vt ἔλκω
ἰφίλω,

ἰφέλικα, αἰετοὶ καὶ αἰετῶν. Quod idem in simplicitate accidit. vt
 ἐφ' ὑμῶν, καὶ ἐτίθει. item τὴν νόχον ὄλην: vbi duæ adhuc tenues in
 finas aspiratas transierunt. Sed de his dictum quoque superius
 est non semel. Perit autem alias densus per compositionem,
 vt in σύναιμος, παρῆλα. Tenuis vero perpetuo idem est in
 omnibus syllabis primis, medijs & vltimis non aspiratis. ἐξω
 futurum ab ἔχω aspirationem recipit ad differentiam aduer-
 bii ἐξω extra. alias thema illam abiectissè dicitur, ne in ytraque
 syllaba continue geminaretur. futurum verò χ consonante
 aspirata conuersa in ζ, sublatoque impedimento, aspirationem
 supra ε̄ recepisse, id autem in ali s non raro contingit, vt in
 τρέχω θερέω θερέϊ τρεχός, τύπηδι τύφῃτι. De distinctione parti-
 culæ η̄ quæ nunc tenui, nunc dēto spiritu insignita, tono etiam
 variat, libro præcedenti in coniunctionibus abundè dictum
 est. Postremo hic semper meminisse oportet regularum ge-
 neralium, ne in singulis inculcandæ sint exceptiones compo-
 sitionum, augmentorum, pronominum, articulorum, &c.

DE SYLLABARVM QVANTI- tate regulæ quædam generales. Cap. 14.

TEmpus in syllaba est interuallum, quo vocalis produ-
 citur aut corripitur. Est autem syllaba quædam μα-
 κρόν, id est longa: alia βραχύια, ἵ. breuis: alia κοινὴ, ἵ. com-
 munis. Et longa quidem, vel natura vel positione. Natura
 longa est, quæcunq; habet diphthongum aliquã, vt αὐτῶς:
 aut vnã ex vocalibus natura longis, vt ἦρας: aut ancipitem
 ex se productã, vt ψυχή. Positione, quæ producitur ob con-
 sonantem duplicem: aut alioqui ob duas tresue consonan-
 tes sequentes, τύψω, ἔσελλον, ἔμπελεως. Breuis vero est quæ
 vocalem habet breuem aut ancipitem, neutramque pro-
 ductã, vt λέγει, λόγος, πλόμα. Cõmunis siue media est, quæ-
 cunque in eadem dictione indifferenter vsurpatur, id est
 modo longa, modo breuis, vt α in καλός. Verum de singulis
 explanatius dicendum. Sunt igitur natura longæ, η̄ ω̄, & ῶ̄
 õnes diphthõgi: natura breues ε̄ & ο̄: ancipites vero Lati-
 narũ instar quæ scilicet in quibusdã syllabis natura longæ,
 in alijs

in alijs breues passim reperiuntur, α, ι, υ.

Syllaba quaecunque versum terminans indifferens habetur: breuis vero dictionem finiens, simulque pedem inchoans, in heroico saepe producit, praesertim si vocales concurrant.

Diphthongus seu vocalis simplex naturalōga, sequente alia vocali in eadem & diuersis dictionibus, saepe corripitur.

Omnia syllaba circumflexa, & omnia contracta est longa, ut ὁ μὲν, τὰ χροῖα, τοὺς ὄφεις.

Binæ vocales contiguæ quandoque in singulas syllabas non diphthongos per σωίζησις vniuntur, ut χροῖα ἀνὰ σκήπτρω. χροῖα & dactylus est. Anceps diphthongo soluta corripitur, ut ἔω, ἦω, pro ἔω, ἦω. παῖς pro παῖς.

Muta praecedens, & liquida in comprehensione sequens vocalem breuem ipsas antecedentem, indifferentem faciunt: idē, in eadem & in diuersis dictionibus. quod etiam faciunt μν, κτ, π. Liquefcunt λ, μ, ν, ρ, σ.

Due quæuis alie consonantes, pluresue, aut vna vim duarum habens, vocalem praecedentem positione producant.

Consonans immutabilis quandoque sola praecedentem vocalem producit, aliā breuem, idē, & in eadem & in diuersis dictionibus.

Deriuatiua ut plurimum euadunt breuiora suis primitiuis, praesertim quum alteram vocalem è diphthongo dimittunt, ut à πειδω πιδωδς, à φεύγω φυγή. aliā equalia, quum literam non deponunt, ut δικαίος, δικαίω, δικαιοσύνη, omnia prima breui. Item νίκη, νικῶ, νικητὴς, eadem longa.

Composita quoque fere equalia suis simplicibus, γωνή, ἀνδρογυγος: τιμὴ, ἀτίμος.

Monoſyllaba quædam interdum quaſi liquida & nullius momenti reputantur: quandoque rursus vi propria tempus præcedentis brevis producunt: aliquando etiam suum inuertunt: quæ alia sunt, τὴ, ῥῆ, ῥῆρ, ῥῆ, ῥῆ, τῆς, & similia.

Syllaba nonnunquam prætextu præcedentiũ & sequentium à poetis in contrariam quantitatem trahuntur. In dictionibus enim tres breues continuas habentibus, heroici modo primam ex illis produciunt, vt in τριακίδης, ἀδύνατος, & alijs. interdum tertiam, quum alie sequuntur breues, vt in οὐλόσια: aut etiam mediam, præsertim quum ea est anceps, vt πόλις. Rursus breuem inter duas longas nonnunquam produciunt, vt i in ἀτιμίη. aut eius occasione alterutram collateralẽ corripiunt, vt i, in φοινικόσταν. & ei, in ποσειδῆιον. Interdum etiam quatuor continuas breues ponunt loco vnius pedis heroici. Hesiod. βῆρων, τῆμος δώμισυ βῆσιν, ἐπὶ δ' ἀνέρι τὸ πᾶλον εἶη. πῖδ' ἀνέρι proceleumaticus est spondei loco dactylie. Sic apud Virgilium, Parietibusque premunt arctis. & iterum, -labat ariete crebro Ianaa.

Dialecti peculiarem in quibusdam syllabis rationem habent. Nam α pro η Dorice produciuntur, vt ἀδὸ pro ἡδὸ: & Ionice in præteritis corripitur, vt ἐσχεα ἐσαα, & itidem alia.

Peregrine voces quantitatem habent incertam, siue indifferentem. Latinas vero græcæ regulis sæpe submitserunt poetæ iuniores.

SCHOL. Video quam immensum ac pene inaccessum pelagus ingrediari. nihilominus audendum fortiter, ne pars hæc etiamnum neglecta relinquatur. Sequar autem in plerisque neotericorum grammaticæ Latinæ præceptorũ ordinem, quo facilius hæc à Latinis hominibus percipi atque inuicem conferri possint. Et licet vnius Homeri testimonium ad hæc propemodum omnia confirmanda satis esse poterat: poetas tamen alios subinde citabo: vt appareat ab illis easdem regu-

las obseruatas esse. Syllaba longa duplam ad breuem in proferendo durationem habet : quanquam raro ita enunciatim audies, vt id interuallum sentias. Quoniam autem quantitas longarum η & ω, item breuium ε & ο per se patet : dicendum fusius est de ancipitibus, ω, ι, υ, praemissis generalibus regulis. Syllaba quacunq̄ue.) Prima regula docens breuem in fine carminis pro longa esse, & longam pro breui. Item in finibus dictionum, quum inde inchoat pes, quam caesuram appellant, breuem produci. *ιλ. ζ. οι δὲ μέγιστα ἰάχοντες ἐπέδημοι.* & γ, *εὔται γὰρ τι ἴπῳ ἱέειν κορυθαίολος ἔκτωρ.* & α, *ἰλδυσ' ὀλυμπόνδε διαλίσαι, εἴ ποτε δήτι.* & γ, *αἰδείῳ τί μοι ἐσὶ φίλε ἰκὺρὶ δεινός τε.* & ω, *τόξ' ἄμοισιν ἔχον ἀμφιρῆφία τε φασίτην.* Quod qui sem non tantum post primum, secundum, tertium, & quantum pedem accidit, sed & post quintum initio vltimi. *ιλ. α. Ἰδομένους δ' ἰτέρωθεν ἐνὶ κρήτισσι θεὸς ἄς.* & δ, *ἴσα φίλοισι τίκασι χαρίζομένη πόσει ᾠ.* & κ, *διδὺ δ' ὄγε θυγατὶς ἦν.* Cuiusmodi exempla, quum apud Homerum permutata sint, diuersaque nonnulla, Maximum Planudem facile adduxerunt, vt scriberet : quemlibet dictionum finem Homero indifferentem esse. Horum tamen pleraque aliis rationibus excusatur : quas mox paulatim aperiemus. interim vt certū suppositum assumetur, eandem syllabam quandoque diuersis rationibus breuiati aut protendi, ne id in singulis regulis fit inculcandum.

Diphthongus) Secunda regula, Nusquam exteritur apud Græcos vocalis scripta inter mensurandum carmen. Quod tamen apud Latinos ex præcepto fit. Atque altæ mœnia Romæ : Carthago Italianam contra. At illi vocalem omnino expungunt, supernæque apostrophum inscribunt. ἡ κυρὴ ἀχαιοῖς ἀλγε' ἔθηκεν. hic ωbis in eodem versu expungitur. Interdum scriptam relinquunt. *ιλ. γ. ᾠ γύναι, ἦ μάλα τῆτο ἴπος ημετέρης ἱεσπες.* hic ne que αι, neque ο expunguntur, neque adhuc mensurando elidi possunt. Apud Latinos raro, sed tamen aliquando contingit non elidi. Virgilius, Et succus pecori, & lac subducitur agnis. Exempla longæ ob vocalem sequentem correptæ multa quoque sunt in Homer. vt *ιλ λ. ὡς ὅτε πῦρ αἰθῆλον ἐν ἀζύλῳ ἐμπύση ὕλη.* & ζ, *ἰλίε ἕξαπολοῖατ' ἀκῆδῖοι καὶ ἀραῖοι.* & in eadem dictione. *ἔδ. υ. ἱέρευος ἕσπας σὺ ἀλους καὶ βῆν ἀγελαῖην.* *ιλ. ζ. ἔδῃ γδ' ἔδῃ θρῦντος ἡὸς κρατερὸς λυκόοργος.* Item aliquando accidit consonante sequente in altera dictione. *ἔδ. υ. σ. β. εἰδῖκεν ὄκισσ' ἰκωμαι φίλην ἐς πατρῆον*

φρεΐδα γαΐαν . Orphe. in hymn. ἠνίκ' ἂν ἑρμαιϊόνται χολούμε-
 ναι ἀνθρώποισι. Pythag. τοὺς τε καταχθονίους οἴβου δαίμονας
A ante κ corripitur, vt $\kappa\alpha\chi\omicron\varsigma$, $\tau\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}\kappa\iota\varsigma$. Produciunt $\acute{\alpha}\kappa\iota\varsigma$ flumi. $\acute{\alpha}\kappa\omega\nu$ inuitus; quia coalescit ex $\acute{\alpha}\epsilon\kappa\omega\nu$, $\delta\acute{\alpha}\kappa\omicron\varsigma$. $\Theta\rho\acute{\alpha}\kappa\eta$ vero i habet subscriptum.

A ante λ corripitur, vt $\mu\acute{\alpha}\lambda\alpha$, $\acute{\alpha}\tau\alpha\lambda\omicron\varsigma$. Produciunt $\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\lambda\eta$, & $\acute{\alpha}\lambda\epsilon\varsigma$ contractum ex $\acute{\alpha}\omicron\lambda\epsilon\epsilon\varsigma$, $\delta\alpha\lambda\omicron\varsigma$, $\sigma\alpha\rho\delta$ $\alpha\nu\acute{\alpha}\pi\alpha\lambda\omicron\varsigma$, $\tau\acute{\upsilon}\mu\phi\alpha\lambda\omicron\varsigma$. Item $\omicron\mu\phi\acute{\alpha}\lambda\eta$, & $\tau\upsilon\kappa\acute{\epsilon}\phi\alpha\lambda\omicron\varsigma$, repugnantiis eorum primitiuis.

A ante μ corripitur, vt $\delta\acute{\alpha}\lambda\alpha\mu\omicron\varsigma$, $\tau\omicron\lambda\omicron\kappa\alpha\mu\iota\varsigma$. Produciunt $\acute{\alpha}\mu\omicron\varsigma$ noſter pro $\eta\mu\epsilon\tau\epsilon\rho\varsigma$, $\delta\acute{\alpha}\mu\iota\varsigma$, $\delta\acute{\alpha}\mu\omega\nu$, $\phi\rho\alpha\sigma\iota\delta\alpha\mu\omicron\varsigma$. Et nomina neutra verbalia finita in $\alpha\mu\alpha$, vt $\nu\acute{\alpha}\mu\alpha$, $\delta\upsilon\mu\iota\alpha\mu\alpha$.

A ante ν corripitur, vt $\acute{\alpha}\nu\delta\acute{\alpha}\nu\omega$, $\kappa\alpha\nu\acute{\epsilon}\nu$, $\omicron\upsilon\rho\alpha\nu\omicron\varsigma$. Produciunt $\acute{\alpha}\gamma\acute{\alpha}\nu\alpha\acute{\alpha}\zeta$, $\acute{\alpha}\gamma\alpha\delta\acute{\alpha}\nu\omega\rho$, $\beta\iota\acute{\alpha}\nu\omega\rho$, $\epsilon\rho\alpha\nu\omicron\varsigma$, $\iota\acute{\alpha}\nu\omicron\varsigma$, $\iota\acute{\alpha}\kappa\acute{\alpha}\nu\omega$, $\kappa\iota\chi\acute{\alpha}\nu\omega$, $\nu\epsilon\acute{\alpha}\nu\iota\varsigma$, $\nu\iota\kappa\acute{\alpha}\nu\omega\rho$, $\phi\theta\acute{\alpha}\nu\omega$. Et nomina dissyllaba oxytona in $\alpha\nu\omicron\varsigma$, vt $\delta\alpha\nu\omicron\varsigma$, $\tau\epsilon\alpha\nu\omicron\varsigma$, & gentilia in $\alpha\nu\omicron\varsigma$, vt $\beta\rho\epsilon\tau\alpha\nu\omicron\varsigma$, $\kappa\alpha\rho\mu\alpha\nu\omicron\varsigma$, & in $\alpha\nu\iota\varsigma$, vt $\beta\rho\epsilon\tau\alpha\nu\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\rho\mu\alpha\nu\iota\varsigma$. Item finita in $\alpha\nu\omicron\varsigma$, supra tres syllabas, vt $\eta\rho\omega\delta\iota\alpha\nu\omicron\varsigma$, $\iota\delta\iota\lambda\iota\alpha\nu\omicron\varsigma$. excepto $\iota\omega\kappa\epsilon\alpha\nu\omicron\varsigma$. Indiffer. $\epsilon\alpha\nu\omicron\varsigma$ & $\acute{\alpha}\nu\omega$ verbum pro $\acute{\alpha}\nu\acute{\upsilon}\omega$ expeditio.

A ante $\tau\omega$ corripitur, vt $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\delta\alpha\pi\omicron\varsigma$, $\acute{\alpha}\pi\alpha\varsigma$, $\tau\acute{\alpha}\pi\eta\varsigma$. Produciunt $\acute{\alpha}\tau\omega\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}\nu\alpha\pi\omicron\varsigma$ flumi. $\iota\acute{\alpha}\tau\omega\zeta$, $\nu\acute{\alpha}\tau\omega$, $\tau\epsilon\rho\iota\alpha\pi\omicron\varsigma$, $\sigma\acute{\alpha}\rho\alpha\tau\omega\iota\varsigma$.

A ante ρ corripitur, vt $\kappa\alpha\theta\alpha\rho\omicron\varsigma$, $\tau\iota\beta\alpha\rho\omicron\varsigma$, $\chi\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$, $\kappa\lambda\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$ vrbs. Produciunt $\acute{\alpha}\rho\alpha$ nunquid, $\beta\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}\rho\sigma\alpha\rho\omicron\varsigma$ flumi. $\epsilon\upsilon\mu\acute{\alpha}\rho\alpha\varsigma$, $\delta\upsilon\mu\alpha\rho\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\rho\iota\varsigma$ piscis. $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\rho\alpha$, $\nu\acute{\alpha}\rho\omega\nu$ flumi. $\pi\acute{\alpha}\rho\alpha\rho\omicron\varsigma$, $\phi\alpha\rho\iota\varsigma$, $\iota\acute{\alpha}\rho\alpha$. Et nomina dissyllaba masculina in $\alpha\rho\omicron\varsigma$. vt $\omicron\tau\alpha\rho\omicron\varsigma$, $\lambda\alpha\rho\omicron\varsigma$. Item polysyllaba oxytona in $\alpha\rho\omicron\varsigma$ habentia antepenultimam longam. vt $\mu\iota\sigma\alpha\rho\omicron\varsigma$. Indiffer. $\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}\rho\eta$, $\phi\acute{\alpha}\rho\omicron\varsigma$ pro veste.

A ante σ corripitur, vt $\delta\alpha\sigma\omicron\varsigma$, $\delta\acute{\alpha}\sigma\omicron\varsigma$. Produciunt $\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, $\acute{\alpha}\sigma\omicron\nu\eta$, $\delta\acute{\alpha}\sigma\omicron\nu$, $\iota\acute{\alpha}\sigma\omicron\varsigma$, $\iota\acute{\alpha}\sigma\omega\nu$, $\chi\rho\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, $\mu\acute{\alpha}\phi\omicron\varsigma$ vrbs, $\tau\rho\acute{\alpha}\sigma\omega$, $\tau\rho\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$, $\phi\acute{\alpha}\sigma\iota\varsigma$.

A ante

A ante τ corripitur, vt δάνατες, δέχεταις. Producent nomina lapidum & gentilia in ατης, vt αχέτης, γαγάτης, νιφάτης, σπαρλιάτης. & in ατις fœmin. gētilia, vt σπαρτιάτις, μελιᾶτις, τωσιᾶτις. Item ἄτος, ἄτη, contracta ex ἄατος, ἄᾶτη. ἄδῆατος, ἄρατος, ἀπροσόρατες, ἄβρατος, κράτης, φράταρ, δημάταρ apud Orphe. εὐφράτης fluv. δᾶπνον, δᾶξον, δεατός, ἰάξος, κλίρατος fluvius. ὄρατός, πράηα, φράτηρ.

A ante φ corripitur, vt ράφα, σάφα.

A ante χ corripitur, vt τάχα, ράχης. Producent τρᾶχὺς, cum compositis. Indiffer. ἰαχή.

SCHOL. Κεραός.) Adiectiua in αος penultimam habent correptam: substantiua vero dissyllaba productam, vt ἰαός. Ρᾶων) diphthongo scribitur. Ἰᾶων.) Ex nominibus finitis in αν, ancipite precedente, eam fere producunt, quæ in obliquis mutant ω in ο: quæ vero seruant ω, corripiunt. ποσειδάων tamen retento in obliquis ω producit α apud Homer. in hymn. ἀμφὶ ποσειδάωνα θεὸν μίγαν ἄρχομ' αἰεΐειν. Κάω, κλάω.) quod fiant a καίω, κλαίω. α producant, quia α ex diphthongo relictum producitur, nisi aliud impediatur. Αῶρ.) Indifferens reperitur. ἰλ. κ. & λ. compositum vero χρυσᾶω ubique produci existimo. Πρᾶγμα) ἢ πρᾶσσω vel πρᾶττω, μ. πρᾶξω. hæc α habent naturalongum. quod ipsum circumflexus arguit in πρᾶγμα, πρᾶξις. item in πρᾶσις & πεπρᾶσθ, ἢ πρᾶττω μ. πρᾶσω. Οἰλάδης.) patronymica in αδης & ιδης fere corripunt penultimam, vt μεινοϊτιάδης, νεσφριδης. quando autem præcedit η poetæ breue interponunt, sic πηληϊαδης, τηληϊαδης. οἰλάδης tamen producitur illic. αἰᾶς ἢ κλειδβυλον οἰλάδης ἱπορῆσας. Ομφάλῃ) in hoc α, quod sit inter duas longas produciunt, vt locum habeat in heroico. Rursus in τρεκίφαλον, πεντηκοντοκίφαλον, & similibus α efficitur λόγum ratione duarum breuium præcedentium, quibus tertia non coharet in eodem genere versus. ὀμφαλῆς enim & κεφαλή penultimas corripiunt. quæ causæ, vt sæpe dictū est, multas syllabas alioqui breues extēdere solēt. Πλοκαμῆς) anceps in penultima, quū præcedit immutabilē, & in vltima est σ, corripitur. Νᾶμα nomē enim neutrū in μα purū deficiens, λόγαμ fere habet in penultima, vt βήμα, νᾶμα, χροῖμα, ἔμμα, excipiuntur deducta à verbis εἶς με, vt θέμα, δόμα. ἰτέ ἔμμα. &

quæ non habent μ purum, vt βρέγμα, δόγμα. Α' νόστω.)
 verba polysyllaba in $\alpha\omega$ habent breue. Γ' ουλιανός.) In epi-
 grammate trimetro, Γ' ουλιανός οὐτ' ἄρα ῥουσιού. λια, iam-
 bus est. Horum tamen aliqua in carmine heroico necessitate
 corripuntur, vt in altero τέτον Γ' ουλιανόν τυρείης ἑλάσημα τιθή-
 ης. & in alio, Τιτιαγέ χροσσει. &c. τιτια, dactylus est.

Α' πάς) & ἄπασ cum compositis, secundum Atticos pro-
 ducunt priores. Κλάρ.) Nicandri patria ab eodem corrip-
 titur. Α' ρα) interrogatiua trochæum constituit: illatiua
 vero aliquando trochæum, sed frequentius pyrrhichium

Μισαρός.) generaliter nomina polysyllaba in ρ oxytona
 ancipite præcedite, si antepenultimam habent longam, etiam
 penultimam producant. vt μισαρός, ισχυρός, Α' ασον, θῶσων,
 σπείσων,) & habent natura longum, vt iam dictum est. Δίκα-
 τ.) nomina barytona polysyllaba in $\alpha\tau$ vel $\alpha\tau\omega$ penul-
 timam corripunt, vt εἰνάτ, ἀργάμματος, Φιλτάτ, ἰσχα-
 τον, πῆματος.

DE QUANTITATE I IN PE- nultimis syllabis. Cap. 22.

I Ante vocalem in penultimis corripitur: vt κοχλίας,
 Πενία, φιλία, φίλιος, διός in obliquis. θηρίον, γραμμα-
 τιον, κυλίω, ἐδίω. Producant ἀνίη, ἀκίη, κονίη, καλίη,
 θρημὴ Ionica. quæ aliàs communiter in α quoque desinunt.
 Item θρίον, ἰούξ, μνίον, τῶαρ, πίης, siue πίδς pinguis,
 τῶων, τρῶων, κῶων. & pleraque comparatiua in ω ,
 vt βελτίων. & alioqui positiua finita in ω , mu-
 tantia ω in o , vt ἀμφίω. Item φδίη, Φδίος, Χίος, genti-
 tilia. Et illa propria, Θρίος, Κίος, Κρίος, Πίος, Φλίος.
 Item δίος diuinus, δία diuina, ἐνδίος meridianus. Item
 Διογενής, & similia, ob sequentes breues. Et nomina dis-
 syllaba oxytona finita in $\acute{\iota}\acute{o}s$. vt χριός aries, ἰός venenum:
 præterquam ἰός equalis. Item μεδίω, τρῶω, φδίω, χριώ.
 Indiffer. ἰε, ἰοι, ἰεῖς, ἰε, ἰξ, ἰομεν, & similia cum com-
 positis.

positis. *Νίαν aduerbium.* Item *όίω, τίω, ήία, εϋδίοσ, ύπεϋ-
διοσ, ώριων, χρονίων.* & *alia quæriam eiusmodi nomina
simplicia finita in ιων.*

*I ante β corripitur, vt λιβάς. Producent ακριβής, έρισί-
θη, θλίβω, ήβις, σίβη, τίβηρ.*

*I ante γ corripitur, vt λιγός, όλίγος, γίγας. Producent
μίγω, πνίγος, ρίγος, σιγή. Indiffer. τινίγω.*

*I ante δ corripitur, vt ιδέ, κομιδή. Producent διδών, ει-
λιδών, ιδη, κνίδη, τιδάξ, πολυίδος, σίδη, χελιδών, χλίδη.*

*I ante θ corripitur, vt λίδος, τίδος. Producent βριδω,
ερίθος, εριδήσ, έριδος, έριδεύς, ιδύς, κριδή, Λίδος proprium,
ιλ. 6. Σιθάν.*

*I ante κ corripitur, vt δίκη, όρφανικός. Producent άκι-
κις, γρώλικος flumi. κίκις, κάικος, νίκη, φοινίκη, φρίκη,
Indiffer. μυρίκη.*

*I ante λ corripitur, vt ποικίλος. Producent αίγίλος, άρ-
γίλος, ήλος, ήλύς, κονίλη, νεογίλος, όμιλος, όπλεύς, πέδιλον,
πίλος, σμίλαξ, σμίλη, σμίλος, σσίλος, χιλός, χίλων, ψιλός.
Indiffer. φίλος.*

*I ante μ corripitur, vt άλκιμος, λιμν, χρίμα. Produ-
cent βρίμη, εριμώ, δριμύς, Κάμιρος vrbs, κλίμαξ, λι-
μός, μίμος, σιμός, τιμή, φιμός. Et nomina composita fini-
ta in ιμος, vt άτιμος, βούλιμος, ήφδιμος. Et verbalia
finita in ιμα, deducta à verbis penultimam producenti-
bus, vt μόνιμα, χρίμα. Indiffer. ήμάς.*

*I ante ν corripitur, vt άκλινής, έαρινός, ταινάξ. Producent
άσχήνης, άπερινής, έρινάς, δαμινός, θριναξ, θριδακίνις,
ινά, κλίνη, μίνωσ, ρίνός, φινεύς, χαλινός. Et nomina bary-
tona desinentia in ινος, & ινον, vt δίνος, γυρίνος, λατίνος,
ταλαύρινος, κάμινος, σέλινον. Excerptis χαρχίνος, κότινος,
χόφινος, κρίνον, λίνον, λίνος, νίνος, τίνος. & significanti-
bus materiam, vt εύβλιγος, δρύϊνος, κέδριγος. Producent*

etiam nomina finita in ινη habentia plusquam tres syllabas, ut ἀδρασίνη, ἐρηκίνη, ἠρωίνη, μολυβδίνη. excepto εἰλατίνη. quibus accedunt trissyllaba, prima producta, ut ἀξίνη, δωτίνη, ἐλξίνη, ῥητίνη, ὕρμίνη, ὕσμίνη. & dissyllaba duo. ῥίνη, δίνη. Item propria praesertim locorum. ut αἶγινα, καμάρινα. & verba desinentia in ινω, siue ινομαι. ut κλίνω, κρίνω, τάνω, γίνομαι, σίνομαι.

I ante ω corripitur, ut λίπος. Producent χριπέος, ἐνιπέος, εὐριπος, ὀλίτω, παρδενεταίπης, ῥιπή, ῥιπέος, ῥιπή vrbs. ἰλ. β. σιπούς, κνιπούς, σκίτων. Indiffer. ἐνιπή, ἐρίπω.

I ante ρ producitur, ut ἴρος, ἴρις, νιρέος, τίρυνς, ὄσιρις.

I ante σ corripitur, ut ἡμισυ, ἴσως forte, κλίσις, κρίσις, μίσιος riaculum. σφίσις in datiuo plurali pronominis tertiae personae. Producunt Ἀ΄χίσις, Ἀ΄μφισός, Ἀ΄μνισός, ἔρισεός, θεμισώ, ἴσως aequae, μίσιος odium, νίσιος, τίσια vrbs, ἴσις. sunt tamen qui τίσια scribingunt gemino σ. τὸ τίσιος vbertas, vnde τίσιας vber. Τελμισός. Indiffer. ἴσιος aequalis, & ab eo composita pleraque.

I ante τ corripitur, ut ἀλφίτα, θεόκριτος, ἴτις. Producunt ἀκόνιτον, Ἰ΄των vrbs. ἴφίτος, κλιτύς, λίτον, λιτός, παλιντίσιος, σίτιος, λτάν, τίσις, Ἰ΄των, φίτις, φρίτω, vnde τήφριχα. Et nomina finita in ιτη. ut ἀφροδίτη, μελίτη. & in αιης, & ιτις. ut ὀπλίτης, πολίτης, μακαρίτης, ὄνιτις. exceptis verbalibus deductis à verbis penultimam praeteriti corripientibus. ut κριτής à κέρριται, & composita ab illis, ut δικαιοκρίτης, περικρίτης.

I ante χ corripitur, ut εἰχω, δολιχός. Producit ἰχώρ.

I ante φ corripitur ut ξίφος, ἔριφος, Ἀ΄ντιφος. Producunt χξίφος, ἴφι cum deductis & compositis, ut ἴφεός, ἴφιος. Item σίφος, σέριφος, σίφων. Indiffer. νίφω ningo.

SCHOL. Κοχλίας.) In masculinis barytonis in *ιας*, breue est *ι*. Πισία, Φιλία) quidam sic præcipiunt: scemina oxytona in *ια* breue habent *ι*, & longum *α*, præterquam *ία* & *μία*, quæ utraque habent breues. Alij sic, nomina desinentia in *ια*, vltimam habentia longam, corripunt *ι*, vt *ξυία*, *πυία*, excepto *αία*. Φιλί(σ).) nomina finita in *ιος*, siue proparoxytona sint, siue paroxytona, penultimum *ι* habent breue, vt *ἄλβιος*, *ἄξιος*, *πύλιος*, *βίος*: properispomena vero longum, iuxta regulam tonorum præcipientem, vt *λόγα* penultima ante breuem, si tonum receptura sit, circumfleatur, vt *χῆος*, *δῖος*, *φβῖος*, & similia. quæ quidem contracta sunt. aliàs *χῖος* & *ῖος* nomina insularum primitiua acunt priorem vt pote breuem. Hic igitur tonus quantitatem docet, sicut inuicem quãtitas quantodque tonū distinguit. Proinde non raro cōducet rationē toni cognoscere, ad quantitātē deprehendendā. Neq; id sperni ob circulum debet: quem in multis locis vtilius & ad maiorem euidenciam admittes, quàm si priuatim regulam absque ratione addiscendam tibi proponas. Θερίον.) nempe *ι* in neutris diminutiuis in *ιον*, siue ea paroxytona sint, siue proparoxytona, corripitur. Κυλία.) verba barytona polysyllaba in *ια* corripunt *ι*, excepto *μειω*. Πίω.) quia dissyllaba appellatiua finita in *ιω*, productū habēt *ι*. Βιλτία.) in horum tamē neutris breue est *ι*, quia comparatiuorum in *ων* penultima anceps corripitur, vt *τὸ ἡδίων*, *βέλτιον*, præter dissyllaba, vt *βῆπρον*, *μᾶλλον*. Etiam *γλυκίων* breue habet *ι*, quod itidem accidit in alijs habentibus præcedentem breuem: vt in *κακίων*, *ταχίων*. Similiter in finitis in *ιω*, interdum *ι* producit, vt in *κακίον* apud Theognidem non semel. Eadē ratione *ι* quoq; corripitur in *δευκαλίω*, *ζωπυρίω*, *δευκαλίανος*, *ζωπυρίανος*, & in alijs *ω* seruantibus in obliquis. Contrā in mutantibus ipsium in *ο*, plerunque producit, vt in *ἀμφίω*, *βραχίω*, *ὕπεριω*, *ἐχίω*, *δαλίω*, *παιδίω*, *κίω*, *πζίω*, *πίω*, *τῷ ἀμφιονος*, *βραχιονος*, &c. In paucis compositis corripitur, vt in *περικτίω*, *κρονίω* vero & *ἀργίω* indifferenter vsupantur. Τιβερείω.) apud Nonum producit penultimum *ι*, ob præcedentes breues. Γίγας.) Orpheus in Argonau. semel producit, sic scribens, *γυγάντων*, *ὁ ἰλυρὸς ἀπ' οὐρανῦ ἐστ' ἄζωντο*. Σίδη.) prioris huius & breuem & longam facit Nicander in theriacis. Ορφεϊκός.) nomina possessiua oxytona in *ιος*, breue habent *ι*, vt *γγραμματικός*. Μυρίνη.) apud Homerum reperio indifferens, apud alios longum.

Φίλ(ο.) in nominibus finitis in ιλος & in υλος barytonis, brevis est anceps. Α λκιμος) in nominibus derivatiuis polysyllabis simplicibus finitis in ιμος, brevis est ι. Κριμα) verbalia in ιμα facta à prima persona praeteriti passivi, & habente correptum, suae originis quantitatem observant, ut κριμα, κλίμα, & κικριμαι, κέκλιμαι. Βριμά.) id est, Προσειριμα, longu habet ι, licet compositum dicatur à βρι particula ι corripiente, ut sit quasi βριμηνης iracunda. Apollonius, βριμώ νυκτιπόλον φρονίην ενίροισι αναοσαν. Γυρινος.) ranula, αι ις etiam γέρυνες, γέρυνων, υ correpta a Nicardio usurpatur. Ε'αρινος.) vicinus. In nominibus oxytonis polysyllabis finitis in ινος, quae tempus significant ι corripitur, quanquam interdum etiam produciuntur (ιλ. φ. αις δ' οτ' οπωρινος βοεινος. Aratus, η τρυζιόρθρινον ερηραιηόλολυγάν. De quantitate nominum finitorum in ινος, tenune agunt Grammatici, quos mihi licuit consulere. Quin & inter ipsos parum hac in re convenit: sicuti & in alijs perquam multis. Αιγιμα) penultimam habet productam, etiam cum foemina significat. Orphe. πηλιάτ' αιακίδην Αιγιτης αιγλαον υόν. Σινομαι.) produciuntur σινος vero apud Nicadium commune est. Κρισις.) apud Nonnum semel productum reperi, & iterum apud Moschum. Α'μινός, αμφισός.) haec alia duplici ω scripta videntur in multis codicibus: sicuti αμφισσός, quoq; & κηφισός, in sincerissimis quibusq; (ι' τυς.) superius dictum est. inceptum ante τ corripit Παλιντιλος. Homerus οδ. α, corripit penultimam, παλιντιλα έργα γινέσθ. ατίλος tamen à Phocylide produciuntur. Θεόκριτος.) in epigrammate, άλλος ο χίος, ιγών ζ θεόκριτος, ος τάδε γράψα. corripitur: in alio produciuntur, si tamen menda vacat, γινάδι θεόκριτον προσιδών τον όλυμπιονίκω Α'φροδίτη.) Demetrius Moschus non semel corripit ι, quum Orpheus & Homerus ubique producant.

Στήριμα.) apud Homerum corripit ι. Nonnus in paraphrasi non semel produciunt: nisi forte in hoc scribendum perpetuo sit στήριμα: sicuti in eodem opere crebro legitur,

DE QUANTITATE Y IN PENULTIMIS SYLLABIS. Cap. 23.

Y Ante vocalem corripitur, ut αμφίψωον, δικτυον, κρούος, μεθύω, ταγύω. Produciunt ονύω, θυάς, κῦαξ, μύω,

μύω, μύων, μύωϛ, πῶος, σῶαξ, ὄω, & verba in ω ante u habentia diuis consonantes, vñ amue duplicem, aut alioqui præcedentem syllabam longam. vt πῶω, ποιωνύω, ξῶω, ἰδρῶω, ἐρητύω, ἰμύω, μαρῶομαι, ἄρῶομαι, quæquam horum quædam indifferenter vsurpata reperies, præsertim quæ sequuntur: δύω, λύω, ῥύομαι, δακρύω, κωκύω, δύω, φῶω, ἐρύω, ἀρύω, ἐρύω, ἀνύω, μιλύω.

Υ ante β corripitur, vt ἀλύβη, κύβος. Producit ὑβός.

Υ ante γ corripitur, vt ζυγόν, μαρμαρυγή, φυγή. Producunt ἀμαρυγή, γύγης, ἰθγή, λαγρύγων, ὀλολυγών, ὀλολυγή, πωγή, ζυγών.

Υ ante δ corripitur, vt κλύδων, ἀμυδίς. Producunt ἀβυδός, βοτρυδόν, ἐρικυδής, κῦδος, λυδός, τυδεύς, φερεκιδής. Indiffer. ὑδωρ.

Υ ante θ corripitur, vt σκύθης, ἐγυθί. Producunt βυθός, μῦθος, ζῦθος, πύθω verbum, τυθῶ nomen.

Υ ante κ corripitur, vt γλυκός, μύκης. Producunt βρυκός, βρύκω, κέρκυρα, συκῆ, σῦκον, φυκίς, φῦκος. Indiffer. ἐρύκω.

Υ ante λ corripitur, vt σκύλαξ, πύλος, μορμύλος. Producunt ἀσυλον, ἐριφύλη, κένδυλα, σῦλος, τόλη, φυλή, μυλεὺς, ὑλαξ, ὕλη, φύλαξ, φυλεὺς, φυλή, χυλός. & nomina dissyllaba substantiua in υλον, vt σκύλον, φύλον. excepto ξύλον.

Υ ante μ corripitur, vt δύμος, πολυώνυμος, ὕμην. Et verbalia finita in υμα, χύμα, πλύμα. Producunt tamen δῶμα, κύμα, & aliquando λῶμα. Item ἀμύμων, θυμών, κύμη aceruus, σρυμών. Et dissyllaba in υμος, & ab ipsis composita, vt χυμός, θυμός, ρυμός, τερθυμός. Item casus plurales pronominis secundæ personæ, cum possessiuis ab eo deriuatis, ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς, & ὑμῶς. sicut ὑμέτερος. Item verborum in μι themata, ac personæ superius indicata. Indiffer. νόνημος.

Υ ante ν corripitur, vt δικαιοσύνη, κορόνη. & κῶεν in obliquis κωνός, κωνί, &c. Producent βιδυνός, γερωιδός, χορτωιδός, δίχτυνα, μαρανδυνός, τύνη pro συ, tu, *setūdum* Diores. ὕνις, φορκυνίς. & nomina in ωος dissyllaba, vt φρῦνος, δῦνος. excepto παλύνος. quibus accedunt ἀνεύδυνος, κίνδυνος, λάγυνος, ὀρκῦνος, πάχυνος. Item dissyllaba in νη, vt μῆνη, φρῆνη, excepto γυνή cum compositis, ἀνδρόγυνος, & alijs. Item δύνω, & verba polysyllaba oxytona in ωω. vt μολύνω, ὀδύνω. Item ξυνός, ἐπιξυνος, & similia à ξὺν composita, de quibus supra dictum est.

Υ ante π corripitur, vt κτύπος, ῥόπος. Producent γρῦπος, λύπη, & ταύπους in hymn. Homer.

Υ ante ρ corripitur vt λύρα, μῦρον, πορφύρα. Producent ἀγκυρα, ἀλιμυρῆς, γέφυρα, γυρῆ, γυρός, κινύρι, κορκύρα, κῦρος, λάφυρα, μελίγυρις, νίσυρος, ὀλύρα, ὀνόγυρος, πάταυρος, πῆτυρα, πηλημυρίς, ταυρός, Σκῦρος in *insula*, σφριγῆ, σφύρα, τυρῆς, τυρῶ. Et nomina oxytona in υρος, habentia antepenultimam positione siue natura longam. vt ἰσχυρός, ἰσχυρός. & verba finita in υρα vel υρομαι, vt φῦρα, σῦρα, μῦρομαι, κῦρομαι.

Υ ante σ producitur, vt φῦσα, χρυσός, δεινύσος, καμβύσας. corripunt λύσις, φύσις, χύσις, & eiusmodi verbalia finita in υσις.

Υ ante τ corripitur, vt κλυτός, φυτόν, ἥτις. Producent nomina verbalia in υτης, υτηρ, υτις, à verbis in primis penultimam producentibus. vt μελυτής, μελυτήρ, παρσεύτης, παρσεύης. Item ἀδάκρυτος, ἀλίφωτος, αὔτη, βελυτός, βηρυτός, γαρυτός, κωκυτός, ῥύτωρ, ῥυτή, λύτωρ, μελυτώρ, & similia. ῥυτός, σκῶτος.

Υ ante φ corripitur, vt τρυφή, κύφος υτης, κορυφή. Producent ἐντυφος, κίλυφος, κυφός in *curvatus*. κύφων, τῦφω, τῦφος, τῦφος.

Υ ante χ corripitur, vt τύχη, βρύχα, & ὑπόβρυχα ad-
uerbia. Produc. verba finita in ὕχω, vt τρύχω, ψύχω,
βρύχω. Item βρυχή, ψυχή, τρύχος, ἐπιβρύχης, Καμψόχος.
Et nomina composita ab ὀρώτω. vt τυμβωβρύχος, τοιχω-
βρύχος.

SCHOL. Ἀμφιτέραν. Quia exit in οί, iuxta regulam
supra positam de quātitate ancipitis penultimæ nominum de-
finentium in ω, quanquam ea interdum fallit, vnde à quibus-
dam aliter adducitur. Μεδύω) verba finita in ω, pleraque in
præsenti habent indifferentem ancipitem, in futuro vero &
temporibus inde natis vt plurimum longam. Πύλ, in no-
minibus finitis in υλ corripitur, sicuti quoque in ἰλος. vt
φίλ. Πολύωνυμ,) apud Theocritum, itidem cætera ab
ἰομα composita, vt ὀμαίνυμ, & δισαίνυμ. ἰλ. μ.

Θύμα, κῦμα,) corripitur tamen ἔρυμα, & fortasse id genus
alia. Hic enim inter Grammaticos non conuenit. Quidā tra-
dunt nomina dissyllaba in μα precedente υ, ipsum corripere,
vt χῦμα, κλύμα, θύμα. exceptis λῦμα & θυμα, quæ dialecto pro-
ducuntur, & adhuc χῦμα. Alij nomina neutra in μα purum
definentia penultimā habere productam, vt ἴνυμα, ῥῦμα, χῦ-
μα. exceptis quæ veniunt à verbis in με, vt ἔμεμα, ὄμα. & quæ
non habēt μα purū. quo l ea fere penultimam natura breuem
habent, vt βρέγμα, ὄγμα. Χυμός. Nomina masculina in μ
quæ nascuntur a prima persona præteriti perfecti, penultimā
omnino producere volunt, aut natura, aut saltem positione.
Ideoque à δειμαί fit δειμός. Κορόνη.) in polysyllabis in υ
breue est υ. sed in dissyllabis longum. Nicander in Alexiph.
semel produxit υ in χερόνη. Κίονυμ,) Quod quidam tradunt
polysyllaba in υ, υ producere, nō est vniuersaliter verum.
πίσυμ certe & γιδόνυμ, & fortè alia corripunt. Σφύρα.)
malleus. nam σφυρόν pro plantā, corripitur cum compositis.
Vt κελισφυρ. Τυρός) Nomina dissyllaba oxytona definentia
in ε, si in priori syllaba habent υ, ipsum producunt, vt τυ-
ρός, πυρός. Ψυχρός.) nō omnia eiusmodi producunt penultimā.
Nempe ἀλμυρός apud Orpheum & Homerum eandē corri-
pit. Διάνυσ,) apud eosdem alicubi scribitur per ω, alicubi
per υ, sed sæpius geminato ω διάνυσ, vel διένυσ. Φύσις.)
corruptum reperio apud Orpheum, in opere de lapidibus, ca-
pite de curatio. In initio verò hymni εἰς Φύσιν, vbi vulgati

codices habent *φύσι* παραμύθημα θιά πολυμήχανη μῆτις, deesse videtur *δ* aduerbium. a quo inchoant alii eiusdem hymni *έις αἰθέρα, τυφῶνα, κηρία, δικαιοσύνην*. vt *σι, δ* φύσι dactylus, non trochaeus, nec pytychius, quos heroicum carmē nescit. Idem Orpheus alias huius nominis priorem non semel corripit. At verò Demetrius Moschus Orpheci, vt videtur, studiosus (nam in hoc ipsum opus de lapidibus praefatur) nomen *φύσις* priori quoque producta vsurpat, in poemate de Helena & Alexandro.

DE ANCIPTVM QVANTI- tate in vltimis syllabis. Cap. 24.

A Terminale corripitur, vt ἡ τράπεζα, μάξα, μοῖρα, καρῖα, ἰταπότα, ζόλα, σῶμα, τόσσα, δῆσα, ἀντα, τέτυφα, ἔτυφα, ἴνα, σῖγα, *i. tacite, aduerbium. Producitur autem in nominibus oxytonis & circumflexis, vt χάρρα, ποιηρά, ἀδλωά. & in paroxytonis in ια, vt φιλία, & in εἶα deductis à verbo in εῶα, vt εασιλεύω βασιλεία, προσεῶα προσθεία. Item in femininis adiectiuorum, quorum vltima genitiui masculinae terminationis longa est. vt δ δικαῖος τῶ δικαίου, ἡ δικαία. Exceptis duobus breuibus à δῖος δῖος, ἡ δῖα, & à τέπειρος τέπειρος, ἡ τέπειρα. Item in substantiuis finitis in δα, δα, vt λήδα, σιμαύδα. Et in ρα, non precedente diphthongo, vt πήρα. quorum quantitate sequuntur φαῖδρα, λαύρα, σάυρα, αὔρα. & κάρα femininum siue neutrum. Et quae alteram habent consonantem cum ρ, vt ἄγρα, πέτρα. praeter τάναγρα & σκολόπενδρα. Item ex habentibus diphthongum in polysyllabis finitis in εα, vt σελλωάα. Item in articulis femininis dualis. τὰ ἀ τιμά. Nam in neutris pluralis corripitur, τὰ δ ζόλα. secundum analogiam nominum parium, genere & terminatione illis similiū. Item in vocatiuis nominum in α, prima declinationis, & in dualibus prima & secun-*

de. vt ὁ ἀνεΐα, τὸ ὄ ἀνεΐα, τὰ ὄ μούσα. quibus similes sunt vocatiui illi poetici ὄ λαοδάμα & πολυδάμα apud Hómer. ὄδ. θ, & ἰλ. σ. & si qui sunt eiusmodi. Item in genitiuis singularibus Doricis eiusdem declinationis, vt τὸ ἀνεΐα, pro ἀνεΐσ. Item in accusatiuis in α à nominibus in εως Attice, vt ἀτρεΐα, πηλεΐα. in ὕsdem tamen Ionice corripitur, & quoque aduerbium percussiois producitur.

Αν corripitur, vt τὴν τράπεζαν, ὄ αΐαν, ἔτοψαν, τὸ τὸψαν. Producent recti & vocatiui nominum masculinorum finitorum in αν, vt ὄ ὄ ἀλκμαν, πάν. sic ὄ τάν. & accusatiui singulares nominum parium primæ declinationis, τὸν ἀνεΐαν. Item λίαν & τὸ πάν omne, cum compositis.

Αρ producitur, vt ὄ κάρ, ψάρ. corripitur verò ὄ μάκαρ, ἠδάρ, δάμαρ. & γάρ, αὐτάρ coniunctiones. & nomina neutra, vt τὸ νέκταρ, ἄλκαρ, ἡμαρ.

ΑΣ corripitur, vt χέρας, ἀρκάς, ἀαντας, τύπλοντας, ὄμετας, ἀγκάς aduerbium. Producent recti singulares masculini nominum circumflexorum & barytonorum, vt δωμάς, αΐας, ἀνεΐας, præter μέγας, λῆας. & nomina à κεραννύα deriuata. vt κράς, μελικράς. cuiusmodi sunt ὄ ἰμάς, ἀνδριδς. Item omnis genitiuus & accusatiuus par, vt τῆς περιφερείας, τὰς περιφερείας, τὰς τράπεζας, τοὺς ἀνεΐας. Et articulus accusatiui τὰς. Item recti masculini actiui participiorum, vt τύψας, ποιήσας, ἰσάς. Item ἡμάς, ὄμας, σφάς, quia sunt ex contractione. sicuti & κράς & τὸ τὸ κράς.

I terminale corripitur, vt μέλι, ἀαντι, ἀασι, εὐνήφι, τύπῃσι, τίδησι, τύπῃσι, γῶι, σφῶι, σφίσι, ὄτι, διότι, νόσφι, ἀπονῃτι. Producent κρι & nomina literarum, vt ξι, πῃ, circumflecti enim solent. Item κοί, κωί, τουτί, δευρι. & ubique i in fine additur ad demonstrandum.

In corripitur, ut *νιν, μιν, σιν* pronomina, & *ἡμιν, ὑμιν* poetica. & *ἄμμιν, ὑμμιν* AEsolice. Item *πρίν, πάλιν, εὐνῆφιν, τὴν πώλιν*. Producent *ἡμῖν, ὑμῖν, & δικατάληκτα, vt ἴν, ρίν, λίν, δελφίν, ἀκτίν.*

Is corripitur, ut *ὁ πώρις, ἡ πώλις, λέξις, ερισθίς, δις, ἀμοιβάδις*. Producent nomina monosyllaba, vt *κίς* excepto *τις*. & dicatalecta, vt *λίς, ἀκτίς*. Item composita paroxytona genus suorum simplicium variantia, vt *ab ἡ κνήμη, ὁ εὐκνήμις, ab ἀκτίς, ὁ χρυσάκτις, ἀ κληίς, ὁ πολυκληίς*. Illa vero *κληίς, βαλκίς, κρηπίς, κνημίς, σφραγίς, ἀψίς, ἀκρίς, & similia, foemina videlicet oxytona dissyllaba penultimam naturam longam habentia, quae non sunt propria nec diminutiva, quidam tradant in recto, sicut in obliquis producere.*

Y corripitur, vt *σὺ, δάκρυ*. Producent *τὸ tu, & aduerbia quae inarticulate proferuntur*. vt *ὄσ olfacientis, & γροῦ grunniens, & similia*. item *ἀγτικρό*. Et nomina litterarum, vt *μδ, νδ*. & *υ* finale in obliquis huius nominis φόρκις. Item tertiae personae a verbis in *μι*, vt *δάκρυ, ἔφρυ, ἔδρυ, κατέδρυ*.

Yν corripitur, vt *τὸ ζευγόν*. *νὸν* coniunctio completiva. *τοίνω* ergo. *τὸν βαρὺν*. Producent *νὸν aduerbium nunc, & δικατάληκτα, vt φόρκις, & φόρκω*. & accusatiui venientes a rectis producentibus. vt *μδν, ἰδόν*. & prima personae in verbis in *μι*. vt *ἐξεύγνον, ἔφρω*.

Yρ producitur, vt *τὸ πδρ, ὁ μάστρυ*.

Yς corripitur, vt *ὁ πῆχις, ὁ κῆ ἡ ἀδακρῖς, βαδύς, ὀξύς*. Producent verò *ἀρκίς, ἀγλύς*. & nomina monosyllaba, vt *μδς, σῶς*. Item substantiva tam oxytona quam circumflexa, quae per *ος* purum declinantur, vt *ἰδύς, ἰχθύς, ὄφρυς, κηδύς*. & diminutiva, vt *διογύς*. & dicatalecta, vt *φορκίς*. & participia actiui masculina, vt *ὁ ζευγύς*.

SCHOL, De quantitate vltimarum regulas alias hic etiam compendio subijcere visum est. Rectus singularis impar variam habet vltimam: par vero, in prima & quarta declinatione semper longam, in secunda non semper, in tertia semper breuem. Genitiuus & datiuus singularis impar vltimam habet breuem: par vero longam. Accusatiuus singularis impar sui genitiui quantitatem sequitur, par vero sui recti. Vocatiuus singularis fere suum rectum sequitur: nisi quod aliquando minor est, maior vero nunquam. Casus duales & plurales pares quidem vltimam habent productam: impares vero correptam, exceptis genitiuis, qui vbique producantur, vt τοῖν αἰάντων, τῶν αἰάντων. Hæc autem de incontractis accipienda sunt. contracta enim vbique producantur. Τράπεζα, μαῖα.) Omnis dictio proparoxytona vel properitopomena desinens in α, ipsum corripit. Etiam nomina dissyllaba finita in α purum, præcedente αι, corripunt α in recto & vocatiuo. Μοῖρα.) Nomina finita in εα præcedente diphthongo, similiter corripunt α, illis quatuor exceptis. Βαρῆα.) α finale in adiectiuorum scæminis eiusdem quantitatis est cum vltima genitiui suorum masculinorum. vt ἡ δικαία α προϊόντο, quia τῆ δικαίου, contra ἡ βαρῆα, α breui, quia τοῦ βαρέος. Ἰππία.) Vocatiui in α primæ declinationis à rectis in ης, corripunt α. Qui adhuc pro rectis eadem quantitate à poetis Græcis & Latinis vsurpantur: & ab oratoribus Latinis, vt ὁ προσφῆτης, ὁ προσφῆτα, ὁ γεωμίτης, ὁ γεωμίτρα. Inde hic propheta, α, geometra, α. Ζύλα.) Omnis nominatiuus, accusatiuus & vocatiuus pluralis desinens in α non contractum, corripit ipsum α. vt τὰ ὀσάμετα, ζύλα. Aliis anceps quoque finalis in neutris corripitur, vt ὀσάμα &c. Τύψασα.) Omne participium scæmininum desinens in α, ipsum corripit. Δίαστα.) Accusatiuus cōmunis incontractus finitus in α ipsum habet breue. Τένυφα, ἔτυψα.) Omne præteritū & indefinitum in α desinens, ipsum corripit. Ἰνα.) Cōiunctiones causales in breuē desinunt, excepta ὅπως. Χαρά.) Attici in παιδία corripiūt α. Φιλία.) De oxytonis scæminis finitis in α, paulo superius dictū est, quod vltimā producūt, & corripiūt penultimā: exceptis ἰα & μία, quæ ambas breues habent, quāquam in genitiuo & datiuo tono mutato, quātitatē quoq; vltimæ mutarunt. Ἰῶς, μίας, τῆ ἰῶ, μία. Πηλία.) Eurip. οὐ μὴν ἀδορκα φόνδε πηλία πέλας, λία, iābus est. Τράπεζα. Accusatiuus enim par suum rectum sequitur. Orpheus, χεῖρας ἰπαντέρας ἀπικέλιτε

ἡπικέκλιτο πόντιον ἤρη. Ω' αἴων.) Quia vocatiuus vltimam
 habet aequalem tempore cum recto, aut minorem, vt hic: ma-
 iorem nu'quam. Τύψου.) Omne participium neutrum non
 contractum vltimam corripit, praeterquam futuri secundi,
 vt τὸ τυπῶν, quod iam superius est notatum. Α' λικράν.) Di-
 ctum est nomina masculina & foemina in immutabilem
 desinentia vltimam habere longam, & neutra breuem, quod
 de rectis tantum est intelligendum. Τὸν αἰνείων.) Vltima lon-
 ga quia fit a recto, qui sepe producitur σ mutato in ν. Κάρε.)
 In monosyllabis in αε producitur α, in reliquis corripitur: licet
 in immutabilem desinant. Κίρας.) omne nomen neutrum
 in ας desinens corripitur, vt δέπιας, οὔιας. Item omne foemi-
 ninum & commune oxytonum, vt ἡ τριάς, ἐκὴ ἡ ἄρκιας. Τύ-
 πτοῖιας.) Accusatiuus enim pluralis impar & incontractus in
 ας nominum & participiorum vltimam corripit, par vero
 producit, vt τοὺς αἰνείιας, τὰς τραπίζιας. Caterum Dorice etiam
 pares correpti reperiuntur, vt apud Theocritum, ἀπίτους ὄχλιας
 ἐνέκλιας, & τὰς apud eundem, βόσκι τὰς αἴγιας Α' γκάς.) aduer-
 bium, i. in vlnis, sicut ἐκὰς, ἀνδρακάς, ἀτρίεμας, & similia.
 Αἰάας.) cum vsbem significat, spondaicum est: cum lapidem,
 trochaicum. legitur etiam per contractionem λᾶς, λᾶ, pro
 vrbe & pro lapide. Itidem μέγιας, cum viri proprium est, po-
 steriorem producit: cum vero adiectiuum, hoc est magnus,
 corripit. Κεράς.) pro capite in recto non memini me legisse,
 sed tantum in obliquis singularis, & in plurali producta prio-
 ri. ἢ α, κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. Et iterum, κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμοι, re-
 peritur & κρατὰ priore correpta, sicut κάρω. Ο' τύψας.) parti-
 cipia in ας aliquando corripunt α, raro tamen, veluti apud
 Hesiodum, δῆσας ἀλκτοπέδησι προμηθεῖα. Αἰάντι.) Quia om-
 nis datiuus singularis & pluralis impar in ε correptum desi-
 nit. Ε' νῆφι.) Syllabae φε & φει adiecte finibus dictionum
 corripuntur. Τίθημι.) vltimum ε in verbis semper corripit-
 tur. Ο' τι.) Coniunctiones causales breui desinunt, vt paulo
 ante notatum est. Α' ποθητι.) Aduerbia eiusmodi finita in
 ε ipsum seipsum corripunt, vt πελοπονησιοι apud Theocritum, ἀ-
 μογήτι apud Callimachum. μεγαλασι ἢ λ. σ, & μελεισι ἢ λ. α.
 Quae tamen aliquando producuntur, vt apud Callimachum
 ἀφρικτι, & ἢ λ. κ, ἐγρηγοτί. & ἢ λ. σ, ἀνιδρωτί. & ε, ἀναιματί. Ve-
 runtamen in his locis τε caesura est. Ἰν, ῥίν.) quia desinunt
 immutabili, producuntur. Ο' κρη ἢ τίς.) hoc vnum nomen e
 monosyllabis breui desinit, caetera longa. Η' λίξις, βριονίς.)
 Quidam

Quidam tradunt barytona in *is* habentia consonantem futuri, & fœminina oxytona quælibet *i* purum habentia, ipsum corripere: sed oxytona fœminina simplicia dissyllaba producere, vt *αἰθρῆς*. alijs placet nomina omnia finita in *is* simplicia non circumflexa, finalem in recto corripere. Δις.) aduerbia in *is* breue habēt *i*. mirum quod Gaza notat *i* in *τῆς* produci, licet in *τῆς* corripitur. Nam apud Theocritum bis corripitur in duobus primis Edylliis. in primo sic, *ὡς τῆς ἀμύλας*. in secundo sic, *ἔς τῆς ἀποσπίδου*. Iudem apud Nicandrum & alios. Ἀντικρῦ.) fit ex ἀντικρῦς, quod ut vltimum corripit. Ideoque aliquando eadem quantitate est apud poetam. veluti *ἰλ. i. οὐμ' εἰς μακάρων βίαις ἀντικρῦ μάχιδος*. sed producto *v* in eodem libro. & alijs frequentissime. Quodam sic tradunt: aduerbia finita in *v* ipsum breue habere. vt *μεταξὺ, μεσσηνῶ, excepto ἀντικρῦ. Φόρυς.*) De quantitate recti nominum in *us* vel *us* desinentium grammatici certant. de obliquis dictum est in clemento. ΕΨυ, ἔδν.) abiecto augmento circumflectuntur, *δῦ, φῦ*. Producuntur autem quod sint à verbis *ἴς μετ.* de quibus alijs satis dictum est. Πῆχυν, ἀδακρυν.) Barytona in *us* siue vnus, siue pluriū generum, vltimam corripiunt. Iudem adiectiua oxytona, vt *βαδύς, ἔξυς*. sed *ἰχθύς* apud Oppianum modo corripit, modo producit.

DE VARIATIONE ABVSU- que syllabarum apud poetas.

Cap. 25.

EX hæcenus dictis apparet, quæ syllaba è communi vsu ac certis receptissimisq; regulis longa, quæ item breues, quæ demum mediæ siue indifferentes assumuntur. Nunc dicendum aliquid de licentia, qua syllabis quibusdam poetæ abutuntur.

Vocales igitur natura breues interdum nulla metrica ratione à poetis extenduntur. vt *ἰλ. ψ, Ἐπειδὴ νῆαυτε
ἔξ ἑλλάσσοτο τοῦ ἰκοῦτο*. ad quem modum alij quoque versua

*ab ἐπειδὴ inchoant apud Homerum . Ad hæc ἰλ. μ, ὄφρῖς
 producit priorem. Ἰσως δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον ἀόλον
 ὄφρῖν. E diuerso longæ aliquando corripuntur. vt ὄδ. ω,
 εἰ δ' ὑμῖν ὄδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ βούλεοδε. ἀλλὰ βυ,
 dactylus est. Quin & vnius alicuius dictionis ancipitem
 in versu eodem quandoque productam & correptam inue-
 nimus. vt ἰλ. ε, ἀρες ἀρες βροτολοιγέ μισφόνε τειχεσιπλῆ-
 τα. & apud Theocritum, πολλὰ κίς ὦ πολύφαμι τὰ μὴ
 καλὰ καλὰ πείφανται. & apud Callimachum, τὴ ἰὴ τωπίοι
 ἀκούομεν. quem versiculum subinde intercalat. Illud
 vero Theocriti, Ἀἰ αἰ ἔρωσ ἀνιαρὲ τί μεν μέλαν ἐκ χρῶσ
 αἶμα. & Callimachi illud, διαδ' ὄλον τὸ μέλαθρον, ἕκασ
 ἕκασ ὄστις ἀλιτρός. excusationem vtrunque habet: alte-
 rum diphthongo, quæ finalis vocali sequente est indifferēs:
 alterum ob σ, quæ finalis vocalem precedentem alioqui
 breuem producere solet. Præterea si regulæ quædam tan-
 quam generales & statæ vbique assumantur: quicquid
 præter illas accidat, irregulare & licētiosum iudicari po-
 terit. Sic exempli gratia in ἀνῆρ, ἀρηρ, ἀνέψιος, ἀπόλλων,
 φίλος, φίλεω, & alijs inter indifferentia notatis: quia pri-
 mæ syllabæ frequētius corripuntur: quoties productæ ob-
 uiabunt, poetica libertate, siue alioqui necessitate, præter
 regulam id factum dicere licebit. Eadem consideratione
 abusum deprehendemus, quum quantitas variatur ex oc-
 casione precedentium, aut sequentium syllabarum. Cuius
 rei sepicule admonuimus. Item variationē, si memineri-
 mus desinentiarum & cesurarum, contractionum & syn-
 coparū, synizeseos, liqueſcentiæ, positionis & monosylla-
 borū. Nam his propemodū locis syllabarum variatio apud
 Græcos & apud Latinos illorū emulos, ex æquo pene con-
 stare videtur. tamen si illi à Latinis audaciores liberiores-
 que iudicantur. Quæ quidem nota non tam in Græcis hæ-*

ret ob syllabarum tēpora inuersa, quā ob literarū addi-
 tiones, detractiōnes, trāspositiones, immutationes, & pe-
 culiāres, siue etiam à dialectis acceptas dictiōnes, similēs-
 que dictiōnum inuersiones: quæ libro sequēti bona ex parte
 indicabūtur. Poetæ præterea Græci, Lyrici, Comici, &
 Tragici dictiōnes frequentissime detruncantes, cum finibus
 præcedentium versuum & initijs sequētium partiuntur.
 Sicuti apud Aristophanē, Pindarū, Sophoclem, AEschylum,
 & Euripidē in hymnis & choris videre est, quod nusquam
 Latini audent. Desiderabit post hæc aliquis pedum metro-
 rumque rationem. De qua tamen silēdum omnino iudica-
 ui. Quādoquidem multi veterum ac recentiorum Gram-
 maticorum ea de re iusti libri circunferuntur. Nam præ-
 ter Latinos præceptores, qui Latinis græcā metra ex-
 plicant, habemus editos Hephæstionem, & Aristophanis ac
 Pindari interpretes. A quibus huius negocij difficillima
 quæq; diligenter explicantur.

SCHOL. Hic poetica libertas & præcipue occasiones
 inuertēdarum syllabarum veluti epilogo perstringuntur. In-
 terpres Homeri in locum adductum ex initio ἰλ. ψ. ita scri-
 bit, ἀκεφάλων καλεῖται τὸ το μέτρον. πῖπονδς γὰρ καταρχῆς
 ὁ σίχθ. i. Acephalum vocatur hoc metrum. afficitur enim
 versus circa principium. Et iterum in locum alterum, ἰλ μ,
 πῖπονδς ἢ ἐπὶ τέλος ὁ σίχθ., ἔχων τὸν ἐκ δύο βραχυταῖων πύριχθιον,
 καὶ καλεῖται μέτρον. i. Versus circa finem afficitur: quum ha-
 beat pyribichium constantem dualus breuibus, vocaturque
 miurus. Huiusmodi loca etiam apud Latinos poetas inue-
 niuntur, vt apud Virgiliū, Exercet Diana chorus. & Miscue-
 runtq; herbas &c. Itē alia, vbi eiusdē dictiōnis vocalis in vno
 versu & longa & breuis accipitur, vt apud eundē, Et longum
 formose vale, vale inquit Iola. quanquā hic sequēs vocalis ex-
 cusat: sicuti in illo Theocriti. αἰ αἰ ἔρας. &c. Habent etiā La-
 tini suas syllabas indifferentes. Variant quoque quantitatem
 ob præcedentes & sequentes, vt, Italiam fato. & Egerimus
 nosti. Porro diphthongos & vocales longas sequentibus vo-
 calibus corripunt. vt, Insulę Ionio in magnō. Item, Sub Ilio


alto. & Sudibusue præustis. Viuntur & synizesi, ut laquea-
 ribus aureis & alucaria vimine texta. Item positionibus
 & liquecentijs ferme iisdem. Ad hæc monosyllabis breuibus
 indifferenter. Virgilius tertio Aeneid. Liminaque laurusq;
 dei. quo in loco idipsum Seruius notat. Diacreses vero, synæ-
 reses, synalæphas, additiones, detractiones, reliquasque id
 genus inuersiones, quid refert modo persequi? quum singu-
 lorum Latina exempla præsto sint apud Donatum, Diome-
 dem, & alios. Verum enimvero Græcis modestiores iure
 optimo habentur Latini poetæ: ut qui parce admodum se-
 pta poetica trāsiliant. Sæpe dicas eorum carmen à soluta ora-
 tione modulatione tantum & syllabarum concentu differre.
 Queritur Martialis, sibi in syllabis non licere, quod Græcis
 poetis. Nomen (inquit) nobile, molle, delicatum, Versu di-
 cere non rudi volebam, Sed tu syllaba contumax repugnas.
 Dicunt *εἰς ἄνδρα* tamen poeta. Sed Græci: quibus est nihil ne-
 gatam, Et quos *ἀεὶς ἀεὶς* decet sonare. Nobis non licet esse
 tam disertis, Qui mulas colimus seueriores. Et rursus id ip-
 sum Earini nomen periphraasi designans, inquit: Nomine qui
 signat tempora verna suo. Idem myrobalanum, quod multis
 breuibus constat, semigræce expressit in distichis ad hunc mo-
 dum, Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc
 ex vnguento constat & ex balano. Horatius quoque oppidu-
 lum repugnante syllaba nominare noluit. Sic enim scribit in
 epistolis; Quattuor hinc rapimur viginti & millia rhedis,
 Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est. Similiter Ovi-
 dius Tuticani amici nomen, quod tres breues haberet conti-
 nuas, elegiaco efferre contra legem metricam non est ausus,
 quod ad eundem scribens hoc modo causatur, Quo minus in
 nostris ponaris amice libellis, Nominis efficitur condicione
 tui. In his sicut fateor minus religiosos futuros Græcos poe-
 tas, inuitante in primis dialectorum indulgentia: ita lege so-
 lutos esse, & quiduis pro libidine audere, quod quidam pu-
 rant, audacter pernego. Id quod libro sequenti clare appare-
 bit, & ipsorum adhibita lectione multo euidentius ac melius.
 Neque enim audiendi sunt Græcarum literarum ignari, vene-
 randæque antiquitatis contemptores; qui vno aut altero poe-
 sicæ libertatis exemplo falso persuasi, quiduis licere prædicant
 in Græcarum dictionum syllabas, cum ad Latinos veniunt: &
 in nomina quæuis propria, siue ea Græca sint, siue barbara,
 siue etiam Latina, Quum tamen præter modo notata, ingens
 eiusmodi


eiufmodi nominum Græcorum Latinorumq; præfertim priorum turba in Marone, Ouidio, Papinio, & alijs, definita concordique quantitate occurrat, paucissimis exceptis, quæ non debet aliorum ordinem labefactare. Nam licet ex appellatiuis quoque quædam inueniantur indifferentia, nemo tamen sanus eorum exemplo licere putat, aliorum destinatam certamque quantitatem confundere. De regulis vero syllabarum Græcarum, quas Latine multi Latinis admixtas ediderunt, iudicium nostrum si quis roget, non cunctabimur Latinis quidem utiles ac necessarias pronunciare: at vero Græcis versibus vel cognoscendis vel conficiendis, quiuis Græcè mediocriter doctus me tacente non admodum aptus iudicabit. Confundunt fere vocales ac diphthongos, coniungentes η, η, ε, α, & ο, α, γ, & υ, ι, ε, ο. Itē consonantes aspiratas cum tenuibus. Græca vocabula tatum ea complectuntur, quibus Latini vsi sunt. quæ nimirum pars quota est dictionum Græcis poetis familiarium? Non tamen in totum abijciendæ erunt, quum idoneis exemplis confirmantur: præsertim si id quod querimus, citius in Latinis auctoribus quam in Græcis occurrat.


FINIS.




Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.











Ms. A. 1. 1. 1. 1. 1.